Petite et dabitur vobis. Querite et inuenietis. Pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo quem si petierit filius suus panem numquid lapidem porriget ei aut si piscem petierit numquid serpentem porriget ei. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentibus se.

Omnia ergo quecumque vultis vt faciant vobis homines et vos facite eis hec est enim lex et prophete.

Intrate per angustam portam quia lata porta et spatiosa via que ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via que ducit ad vitam et pauci sunt qui inueniunt eam.

Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis quia nunquam noui vos discedite a me qui operamini iniquitatem.

Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea assimilabo eum viro sapienti qui edificauit domum suam super petram. Et descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt venti et irruerunt in domum illam et non cecidit fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea hec et non facit ea similis erit viro stulto qui edificauit domum suam super arenam. Et descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt venti et irruerunt in domum illam et cecidit et fuit ruina illius magna.

Et factum est cum consummasset Ihesus sermones hos mouebatur turba super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens et non sicut scribe eorum et pharisei.

Cum autem descendisset de monte secute sunt eum turbe multe et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extendens Ihesus manum tetigit eum dicens. Volo mundare. Et continuo mundata est lepra eius. Et ait illi Ihesus vide nemini dixeris sed vade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit Moyses in testimonium illis.

Cum autem introisset Capharnaum accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et ait illi Ihesus ego veniam et curabo eum. Et respondens centurio ait illi. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic vade et vadit et alii venit et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem Ihesus mirabatur et sequentibus se dixit amen dico vobis apud nullum in Israel tantam fidem inueni. Dico autem vobis quod multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit centurioni vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanata est puer in hora illa.

Et cum venisset Ihesus in domum Petri vidit socrum eius iacentem et febricitantem et tetigit manum eius et dimisit eam febris et surrexit et ministrabat illis. Vespere autem facto obtulerunt ei multos demoniacos et eiciebat spiritus verbo et omnes male habentes curauit vt adimpleretur quod dictum est per Ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit et egritudines portauit.

Videns autem Ihesus turbas multas circa se iussit ire trans fretum. Et accedens vnus scriba ait illi magister sequar te quocumque ieris. Et dixit ei Ihesus vulpes foueas habent et volucres celi tabernacula sed filius hominis non habet vbi caput reclinet. Alius autem de discipulis eius ait illi domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Ihesus autem ait illi sequere me et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

Et ascendente illo in nauim secuti sunt eum discipuli eius et ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum et suscitauerunt eum dicentes. Domine saluum nos fac perimus. Et dicit eis Ihesus quid timidi estis modice fidei. Tunc surgens imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna. Homines autem mirati sunt dicentes. Qualis est hic quia et venti et mare obediunt ei.

Et cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum occurrerunt ei duo habentes demonia de monumentis exeuntes sedentes in medio quorum erant plures. Et ecce clamauerunt dicentes. Quid nobis et tibi Ihesu fili dei. Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens. Demones autem rogabant eum dicentes. Si eicis nos hinc mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis Ihesus ite. Illi autem exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex porcorum per precipitium in mare et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt et abeuntes in ciuitatem nunciauerunt omnia et illorum qui demonia habuerant. Et ecce omnis ciuitas exiit obuiam Ihesu et videntes eum rogauerunt ne transiret de finibus eorum.

Et ascendens Ihesus in nauim transfretauit et venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei hominem paralyticum iacentem in lecto. Et videns Ihesus fidem illorum ait paralytico confide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum videret Ihesus cogitationes eorum dixit ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata aut dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata tunc ait paralytico. Surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit et abiit in domum suam. Videntes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus.

Et cum transisset Ihesus inde vidit hominem sedentem in telonio nomine Matheum et ait illi sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est cum recumberet in domo illius ecce multi publicani et peccatores venerunt et discumbebant cum Ihesu et discipulis eius. Et videntes pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester. Ihesus autem audiens ait non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Euntes autem discite quid est misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Johannis dicentes. Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant. Et ait illis Ihesus numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit figmentum rude in vestimento vetusto. Tollit enim plenitudinem eius a vestimento et peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres alioquin rumpuntur vtres et vinum effundetur et vtres pereunt sed vinum nouum in vtres nouas mittendum est et vtraque conseruantur.

Hec illo loquente ecce archisynagogus vnus venit et adorabat eum dicens quia filia mea modo defuncta est sed veni et impone manum tuam super eam et viuet. Et surgens Ihesus sequebatur eum et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se si tetigero tantum vestimentum eius saluabor. Ihesus autem conuersus et videns eam dixit confide filia fides tua te saluam fecit. Et saluata est mulier ex illa hora. Et cum venisset Ihesus in domum archisynagogi et vidisset tibicines et turbam tumultuantem dicebat. Recedite non enim mortua est puella sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba introiuit et tenuit manum eius et surrexit puella. Et exiit fama hec in vniuersam terram illam.

Et transeunte Ihesu inde secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dei. Cum autem venisset domum accesserunt ad eum ceci et dicit eis Ihesus. Credetis quia hoc possum facere. Dicunt ei. Etiam domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum et comminatus est illis Ihesus dicens. Videte ne sciat quis hoc. At illi exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Exeuntibus autem illis ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et ejecto demonio locutus est mutus. Et admirate sunt turbe dicentes. Numquam apparuit sic in Israel. Pharisei autem dicebant. In principe demoniorum eicit demonia.

Et circuibat Ihesus ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum et predicans euangelium regni et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis quia erant vexati et iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc ait discipulis suis messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam.

Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum vt eicerent eos et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. Nomina autem duodecim apostolorum hec sunt. Primus Simon qui dicitur Petrus et Andreas frater eius. Iacobus Zebedei et Johannes frater eius. Philippus et Bartholomeus. Thomas et Matheus publicanus. Iacobus Alphei et Lebeus qui cognominatus est Thaddeus. Simon Chananeus et Judas Iscariotes qui et traditor fuit eius.

Hos duodecim misit Ihesus precipiens eis dicens. In viam gentium ne abieritis et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Sed potius ite ad oues que perierunt domus Israel. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate leprosos mundate demonia eiicite. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris non peram in viam neque duas tunicas neque calciamenta neque virgam. Dignus enim est operarius cibo suo. In quamcumque autem ciuitatem aut castellum intraueritis requirite in ea quis dignus sit et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si fuerit domus illa digna veniat pax vestra super eam. Si autem non fuerit digna pax vestra ad vos reuertatur. Et quicumque non receperit vos neque audierit sermones vestros exeuntes foras domum aut ciuitatem illam excutite pulueres pedum vestrorum. Amen dico vobis tolerabilius erit terre Sodomorum et Gomorreorum in die iudicii quam illi ciuitati.

Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in consiliis suis et in synagogis suis flagellabunt vos. Et ante presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim estis vos qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit in finem hic saluus erit. Cum autem persequentur vos in ciuitate hac fugite in aliam. Amen enim dico vobis non consummabitis ciuitates Israel donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum neque seruus supra dominum suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius et seruus sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt quanto magis domesticos eius. Nolite ergo timere eos nichil enim est opertum quod non reuelabitur et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine et quod in aure auditis predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Sed timete magis eum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna. Nonne duo passeres asse veneunt et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est. Qui autem negauerit me coram hominibus negabo et ego eum coram patre meo qui in celis est.

Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus et qui amat filium aut filiam plus quam me non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Qui inuenit animam suam perdet eam et qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Qui recipit vos me recipit et qui me recipit recipit eum qui misit me. Qui recipit prophetam in nomine prophete mercedem prophete accipiet et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis tantum calicem aque frigide tantum in nomine discipuli amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Et factum est cum consummasset Ihesus precepta duodecim discipulorum suorum transiit inde vt doceret et predicaret in ciuitatibus eorum. Iohannes autem audiens in vinculis opera Christi duobus ex discipulis suis dixit ei. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Et respondens Ihesus ait illis. Euntes renunciate Johanni que audistis et vidistis. Ceci vident claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes euangelizantur. Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.

Illis autem abeuntibus cepit Ihesus dicere ad turbas de Johanne. Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatam. Sed quid existis videre hominem mollibus vestimentis indutum. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre prophetam. Etiam dico vobis et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior Johanne Baptista. Qui autem minor est in regno celorum maior est illo. A diebus autem Johannis Baptiste usque nunc regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Omnes enim prophete et lex usque ad Johannem prophetauerunt. Et si vultis recipere ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.

Cui autem similem estimabo generationem istam. Similis est pueris sedentibus in foro et clamantibus coniungere vobis quia tibiis cantauimus vobis et non saltastis lamentauimus et non planxistis. Venit enim Johannes neque manducans neque bibens et dicunt demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicunt ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis.

Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius quia non egissent penitentiam. Ve tibi Corozaim ve tibi Bethsaida quia si in Tyro et Sidone facte essent virtutes que facte sunt in vobis olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Verumtamen dico vobis Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu Capharnaum numquid vsque in celum exaltaberis vsque in infernum descendes. Quia si in Sodomis facte essent virtutes que facte sunt in te forsitan remansissent usque in hodiernum diem. Verumtamen dico vobis quia terre Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi.

In illo tempore respondens Ihesus dixit confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo et nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi filius et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est et onus meum leue est.

In illo tempore abiit Ihesus sabbatis per sata et discipuli eius esurientes cepere vellere spicas et manducare. Pharisei autem videntes dixerunt ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. Ipse autem dixit eis. Numquam legistis quid fecerit dauid cum esuriret ipse et qui cum illo erant quomodo intrauit in domum dei et panes propositionis comedit quos non licebat ei manducare neque his qui cum illo erant sed tantum sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant et sine crimine sunt. Dico autem vobis quia templo maius hic est. Si autem scissetis quid est misericordiam volo et non sacrificium numquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

Et cum inde transisset venit in synagogam suam et ecce homo manum habens aridam et interrogauerunt eum dicentes. Si licet sabbatis curare. Ipse autem dixit eis. Quis erit ex vobis homo qui habet ouem vnam et si cecidit hec sabbatis nonne tenebit et leuabit eam. Quanto ergo melior est homo ove igitur licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini extende manum tuam et extendit et restituta est sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei consilium fecerunt aduersus eum quemadmodum illum perderent. Ihesus autem sciens secessit inde et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes et comminatus est eis ne manifestum eum facerent vt adimpleretur quod dictum est per Ysaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit anime mee ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus annunciabit. Non contendet neque clamabit neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non conteret et linum fumigans non extinguet donec eiciat in victoriam iudicium et nomini eius gentes sperabunt.

Tunc oblatus est ei demoniacus cecus et mutus et curauit eum ita vt cecus loqueretur et videret. Et stupebant vniuerse turbe et dicebant numquid hic est filius dei. Pharisei autem audientes dixerunt hic non eicit demonia nisi in Beelzebub principe demoniorum. Ihesus autem videns cogitationes eorum dixit eis omne regnum diuisum contra se desolabitur et omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Satanas Satanam eiicit contra se diuisus est quomodo stabit regnum eius. Et si ego in Beelzebub eicio filii vestri in quo eiciunt ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem in spiritu dei eicio demonia profecto preuenit in vos regnum dei. Aut quomodo potest quis intrare in domum fortis et vasa eius diripere nisi prius fortem illum ligauerit et tunc domum eius diripiet. Qui non est mecum contra me est et qui non colligit mecum spargit. Ideo dico vobis omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Aut facite arborem bonam et fructus eius bonos aut facite arborem malam et fructus eius malos. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis quod omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis et ex verbis tuis condemnaberis.

Tunc signum de celo petierunt ab eo quidam scribarum et pharisei dicentes. Magister volumus a te signum videre de celo. Qui respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit et signum non dabitur ei nisi signum Jone prophete. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri Ninuite surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione Jone et ecce plus quam Jonas hic. Regina austri surget in iudicio cum viris generationis huius et condemnabit eos quia venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis et ecce plus quam Salomon hic.

Cum autem immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca inaquosa querens requiem et non inuenit. Tunc dicit reuertar in domum meam vnde exiui et cum venerit inuenit eam vacantem scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se et ingressi habitant ibi et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit et generationi huic nequam.

Adhuc illo loquente ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem quidam ei. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi ait quis est mater mea et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est.

In illo tempore exiens Ihesus de domo sedebat secus mare et congregate sunt ad eum turbe multe ita vt in nauim ascendens sederet et omnis turba stabat in littore. Et locutus est eis multa in parabolis dicens. Ecce exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat quedam ceciderunt secus viam et venerunt volucres celi et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa ubi non habebant terram multam et exorta sunt continuo quia non habebant altitudinem terre. Sole autem orto estuauerunt et quia radicem non habebant aruerunt. Et alia ceciderunt inter spinas et ascenderunt spine et suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam et dabant fructum aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi audiat.

Et accedentes discipuli dixerunt ei quare in parabolis loqueris eis. Ipse autem respondens ait illis. Quia vobis datum est nosse mysteria regni celorum illis autem non est datum. Qui enim habet dabitur ei et abundabit. Qui autem non habet et quod videtur habere auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor eis quia videntes non videant et audientes non audiant neque intelligant. Et in eis adimplebitur profetia Ysaie dicentis. Auditu audietis et non intelligetis et videntes videbitis et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos suos clauserunt nequando videant oculis et auribus audiant et corde intelligant et conuertantur et sanem eos. Vestri autem beati oculi quia vident et aures quia audiunt. Amen dico vobis quia multi prophete et iusti desiderauerunt videre que vos videtis et non viderunt et audire que audiuistis et non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni et non intelligit venit malus et rapit quod seminatum est in corde eius. Hic est qui in via seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est hic est qui verbum audit et continuo cum gaudio accipit illud. Non habet autem radicem in se sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persecutione propter verbum continuo scandalizatur. Et qui in spinis seminatus est hic est qui verbum audit et sollicitudo huius seculi et fallacia diuitiarum suffocat verbum et sine fructu efficitur. Et qui super bonam terram seminatus est hic est qui audit verbum et intelligit et fructum affert et facit alius centesimum alius sexagesimum alius tricesimum.

Aliam parabolam proposuit illis dicens. Simile factum est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus eius et superseminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem creuisset herba et fructum fecisset tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo unde ergo habet zizania. Et ait illis inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imperemus et colligamus ea. Et ait non ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem et in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad comburendum triticum autem congregate in horreum meum.

Aliam parabolam proposuit eis. Simile est regnum celorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo. Quod minimum quidem est omnibus seminibus cum autem creuerit maius est inter olera et fit arbor ita vt volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farine sata tribus donec fermentatum est totum. Hec omnia locutus est Ihesus in parabolis ad turbas et sine parabola non loquebatur eis vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum eructabo abscondita a constitutione mundi.

Tunc dimissis turbis venit in domum et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Ipse autem respondens ait illis. Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum autem semen hi sunt filii regni. Zizania autem sunt filii nequam. Inimicus autem qui seminauit ea est diabolus. Messis autem consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colligitur zizania et igni comburuntur sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat.

Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit et prae gaudio illius vadit et vendit vniuersa que habet et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita abiit vendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium.

Intellexistis hec omnia dicit eis Ihesus. Ait illi vtique domine. Ipse autem dixit eis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrisfamilias qui profert de thesauro suo noua et vetera. Et factum est cum consummasset Ihesus parabolas has transtulit se inde et venit in patriam suam docebat eos in synagogis eorum ita vt mirarentur et dicerent. Vnde huic sapientia hec et virtutes. Nonne hic est fabri filius. Nonne mater eius dicitur Maria et fratres eius Jacobus et Joseph et Simon et Judas. Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt. Vnde ergo huic hec omnia. Et scandalizabantur in eo. Ihesus autem dixit eis quia non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.

In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ihesu et dixit pueris suis. Hic est Johannes Baptista ipse surrexit a mortuis et propterea virtutes operantur in illo. Herodes enim tenuit Johannem et ligauit eum et posuit in carcere propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim Johannes illi non licet tibi habere eam. Et volens eum occidere timuit populum quia sicut prophetam eum habebant. Natalibus autem Herodis saltauit filia Herodiadis in medio et placuit Herodi. Vnde cum iuramento confessus est ei dare quodcumque petisset. Illa autem ante instructa a matre sua ait da mihi hic in disco caput Johannis Baptiste. Et rex rogatus propter iusiurandum et eos qui recumbebant simul iussit dari et misit decollauit Johannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco et datum puelle et attulit matri sue. Et accesserunt discipuli eius et tulerunt corpus et sepelierunt illud et venerunt nunciare Ihesu. Quo audito secessit inde in nauim seorsum in desertum locum et secute sunt eum turbe pedestres de ciuitatibus et exeuntes viderunt eum plures et intelligentes

buo vt videant opera vestra bo
na: & glorificent patrem vestrum
qui in celis est. Nolite putare
quoniam veni soluere legē aut
prophetas. Non veni soluere sed
adimplere. Amē quippe dico vo

bis donec trānseat celum & terra iō
ta vnum aut apex vnus non pteribit

Ut videant opera &c. Opera regulata vt videantur: & sic glorificetur deus: & hoc non ad gloriam vestram.

Nolite putare. Postq̄ bonitatem ostendit quo ala pat̄ p̄ veritatem nō ex lucro & gloria dei facere: incipit docere quid doctor sit. Quasi dicat: non est quod veteres abhorreā: pro quo istos alapatri ex ei angel⁹ & legislator.

Venit: non venit tollere legē sed adimplere. vel sic addo qd dixit: vel fuggit de quod dixerat & magis locum erat.

Nolite putare &c. Postquam docuit vt luce sūt dare ad incautos: ne timeant vt illuminēt ad veritatis intelligentiā vt aquilone ab bonū: ne scandalizet/ur ad veritatis obscuritatē: ne timeant doctrinam nostram aut/ctoritate: ne putent q̄ veritatis lucem ostendere: ne timeant ad/versarios

Si autē ille cui debitum ḡtum erat fuerit vituperatio inceperit. Similiter gra
dus sunt in peccatum minus est iudicij qđ adhuc cum reo agitur: q est de
finitus locus. pleq; est conceptū quando iudex inter se confertur quo sup
plicio dicunt qđ potuit esse. vbi audiūt: plus est eū gehennā vri nulla sin
tentia dicta. et ita qđ ppria cuiusq; modus optimi non potuit quibus
dā stimulis* pditionē
est. Vbi est ut dicat iudex
conciliū: gehennā ingere
re malicioso in eternū. dā
natorie: p mō peccati il
ligaturi expectatur.

Qui irascitur. Audiūt
qđ sit ira: si ē ad vicē
redēdi vel tarditq; natura
le debitū. ita tñ ne sine
ei sit. Est enim vicio
sum. Irascimini: et no
lite peccare. Sed ēis ec
cāsio ne tollitur: dū in
imicos diligere iubemur.

Qui non irascit non
solum legē. sed implet. vt
intus sit ira cū ira sit in
nocentia. Ira ppcie est
cōmotio pallionis. Ira
que ex ea non ex passio
ne est iudicii est nō com
mota illicita.

Dño occidit ire infir
mis. Laudatur vt tollat.
Si enī ei causa non fra
tri irascitur sed vitio.

Iusta ira mater ē vi
tioꝝ. Et ira que ex causa iudicii est non ira. Raca. Vel ra
cha vt vñ bñvell. et interpretat ocioso. i. vacuus q̄ dicim⁹ inc ocreo qđ
est magna stupidia. Aut ḡ hoc dicit fratri qui ipē sēp plenus est luxur
et stupidā ipēm sē iudicio sēp iudicat. Non est medius furor est
qui deus sāc sapētie pdiuit insanusti dicere ē sāluti deo detrogare.

Si ergo. Explanat amplioꝝ iubet offendendo q̄ si non stat fratri
fratri: multominus in alio retinere quod in odium queat conuerti.

Si quis ḡ multi ɔ primū in alio habeat*: deo placitū offerre nō possu
mus. Si ḡ vt. sm literā hoc adhuc dicit. Est ḡ in interiori templo altare.
Habet autē quodlibet munus. i. psalm⁹ hymn⁹ odo et huiusmodi nisi fr
fuerit nō est deo placturū. et hic. Cui in oculi quod est templū interi⁹ ta
le munus offerunt ne ei in mente veneriē qđ fratri tuo habet aliqđ ad
uersum et qđ tu lesisti. Si enī ipse te leserit non ipse sed tu habes aduersus
eum. nec tunc operet te ventā petere sed dare sicut vis tibi dimitti.

Relinque. Non ait tolle: q̄ quod vtile offertur differri non licet.
Sed relinque donec placabilius offeras non enī munus repellit si dif
ferat. primū querit. hinc qui nemo ad charitatē dei perueniē. vñ. Prius
charitatē deinde exhibitionē munus tuum deo placere optat.

Vade. Non pedibus. sed animo humili te ei proferentes in conspectu
illius cui oblaturus es. qđ petendo veniam si pcessus est.

Offeres. Hoc ecclesiastici spiritu pleniꝰ quo mitte fit: et diuinum verbū plc
intelligit: mediatōi obedit: et ad implendū cor erigit.

Esto consentiēs. Sicut tū pcepit fratri recōciliari: et post tabit tibi
ipsi diligēda hic dum currimus in via huius seculi qđ pacē et concor
diam habet. sicut et ei fieri pōt quod q̄ vobis dicim⁹ ab⁹ pa. habentes.
Et p consentire ex greco habetur benigne vel benivole. Cito: nec pfec
tus in gratiā. Dum es in via: dum adhuc licet operari. Si fratrem tuū

minatus q̄s ponit in tertio gradu. et dr. a Reus erit gehenne ignis.
Videtur addi vñ q̄ ira sit perfecta: vbi vtiq; nō est pcta ei ira. ira enī est appe
titus vindicte. vindicta adhuc si sit iusta non est pcta ei appetere sal nō si
sit iniusta. et hoc stingit ḡtupliciter: vel qñ appetit pena⁹ q̄ nō meruit
vel plus ḡ meruit: vel si appetat ordine debito sacramēto: vel quia appe
titur ppter inducēdū finē vt qñ appetit solū ppter vindictā nō ppter iu
stitiā. b Si ergo offers. Hic ex pcedit inferē duplex cōsolandi. Pri
mū respicit placationē diuine officie. Et secundū exclusionē pene infligen
de. Secundū pōnit ibi: Esto consentiēs. et. Circa primū aduertendus q̄
munus deo oblatū non ꝑficit ipsi efficaciā nisi sit in charitate. charitatē
autē non habet nisi ꝑsona ista sanctificet. et ideo dicit: Si et. i.
si ego munus tuū. et. sequit: c Vade prius reconciliari. et. potest ꝑ in
telligi dupliciter. vno modo pdictus corpetis. et hoc debet fieri cōmode
potest habere ipse frater offensi pfecta. si aūt nō possit sufficit tñ ei
cum pdicto munere cōsilium ferre qđ habet ꝑpositū sanctificandi locū et pe cum
petendi. et hoc nō vñ ecclia romana que vtiq; offerendi absolutē. et tibi sanc
tificationē loco suo pōnit. d Esto placabilis hoc ēt secundū casū arridi
qñ ille q̄ offendit fratrem vult pena debitā euadere: debet et in hac vita
mutatis mutandis accre. et hoc est quod dicit: Esto consentiēs aduersario tuo i.
fratri tuo qui habet aduersum te. Esto placabilis per ipsius placationem.
c Dum es in via cum eo. i. in presenti vita. f Ne forte tradat te ad
uersarius iudici. et iudex tradat te ministro. i. diabolo qui est executor pene

illi: reconciliare ei. si aduersarius* attenderit etiā benivolus vt sit amicus.

Aduersarius est aliqs homo: vel diuinus sermo. Esto benivolus. q̄ cō
sentire verbo euāgelij: qđ mandat nulla pr̄ria carni cum qua in via. i.
cheritio vite gradimur dum ei obedidō ad vitā eternā perueniamus.

Ne forte. Aduersarius est dē* vel magis sermo diuin⁹ qui pr̄ adiuī pec
cātis voluntibus. Qui ad
hoc datus est: vt nobis ſ
fit in via cui expetet nos
plantare: ne odiamus q̄
deus nobis non parcit
donec sanemur.

In via. Semo diui
nus nobis est in christi
via. Aduersarius nobi
biscum in via sentit. Ser
mo diuinus nobis via ē
qui currim⁹. vñ: Vtinā
mi. tu. q̄. es. vi. cor. mei.

Ne forte tradat. Sic
epauit vt pcis locū non
auferret putaretur enim
q̄ si obiiciat aduersario:
et non posset ei in via esse
benivolus: necessario iu
dici traderetur. Sed et lo
cum penitētie reliquit: et
impunitē iudici tradit
dicēdo tale: tradat te mi
nistro. Tradat. i. causa
sit cur tradatis in manꝰ
christi: cui pater omne iu
dicium dedit. Christus* mi
nistro. i. angelis: qui col
ligat zizania. Non exies nisi quadrantē. i. minuta pecū. q̄ nihil erit im
punitū vel p quadrantē. nouissimi significant terrena pecūa: q̄ prima para
mitti ocūi: secūda aer: tertia aq̄: quarta nouissima terra: ḡ donec reddas
nouissimū quadrantē. i. donec luas pecā ā de terra pr̄ agitis. Primū quā
drans est ignis quo charitas significat. Secundus aer q̄ spiritus quo signifi
cat vita. tertia aq̄ qua renouamur: nouissimum terra p qua carnalis vita.
Vbi: terra es. i. in terrā ibis. Creditus ḡ est velut. Quadrās ḡ* nō
mi est q̄ ex duo minuta. Vbi alius calūpniatus dicit illū pauperculū misisse
in cerebonā quadrantē: alius duo minuta quod idem est.

Audistis. Adhuc q̄ pcipiendum soluere legē sed adimplere: addit:
Ante vocat abolitare iustitia apostolorū plus ḡ pharisęoꝝ. ab illoꝝ iusti
cia est non mechari corpe: mechari iustitia est non mechari ē corde. Non
enī qui cōspicit: sed qui viderit ad concupiscendū eam. i. hoc fine et ao
attendent vt eam concupiscat quod tam non est rapillari: sed plane plantare
libidini vt si facultas sit peragatur. Hic nolo mechari ē cōmē carnalis
delectatio: cum accipe: quando anima relicta superiori lege turpi voluntā
te inferiori ſſentia cōsumpitur.

Viderit mulierē. Beda. Ab magna fuga addidit. Vbi⁹ ponit ꝑ si mo
tu q̄ est ad delectationē: non solū copulatio ſ interior q̄ est in cogitatiōe
tū quia aperiunt illi oculi q̄ ꝑ pena peccati ſmia ꝑcēbrosa male aperti
leguntur: illi vtiq; in affectū cōfusionē. deinde voluptatis. ocasio peccati. Vbi
cat ḡ bona voluntas est deest copia agēdi remouetur: sic dr de ira cum
multimine vitioꝝ dimā: quia nō sm q̄ cupiēs potuit c non licuit. sed sm
q̄ voluit ē ꝑpositū ac pactū accusatur vel damnatur.

Ad concupiscendum. Ut transeat in affectum cordis: vt facere
disponat vbi non deest voluntas sed ocasio quod pactio dicitur: que est
mora in domo. Propatio est animi subitus affectus vel ire vel amoris.

De ira

ne iusticie. g Et in carcerem mittaris. i. in penam infernalem.
h Amen. i. fideliter. i Dico tibi qz non exies inde donec reddas no
uissimum quadrantē. i. minūtā cuiuslibet in inferno nunq̄ est possibilis re
ditio. k Audistis ex dictis est. Hic sequenter saluator non inde
cium pcepti negatiui. quo prohibet nocumenti alicui rōne ꝑsone sibi
coniūcte. i. vxoris. ē primo ponit huius pcepti intellectū. secūdo ibi: qui
cunq; viderit. ibi: Si ḡ oculus tuus. Circa primū aduertendū q̄ iudei p
illud pcepti: Nō occides vxor. primi nil intelligebant signa carnalia
ibi phibita: vt sūt tactus ignudicie: oscula ē huiusmodi. ē ideo sic apone
bant: Non occides vxor. et. i. signa occisionis non facies. Sūt p illud
pcepti: Non mechaberis. intelligebāt actū mechie nō alie phibitū.
ē sic pauperia larde eline in corde nō expressa signo vel facto nullus est
peccatū. sed hoc est irrationabilis q̄q actus exteriores vel signa non habeant
rationē peccati nisi inquantū sunt voluntarii: vt predicti est. ē ideo saluā
tor excludens hic errorē dicit: I Olim q̄ viderit mulierē ad concupiscen
dum eam. quia videre absolute non est malum: sed inquantū ex eo sequi
tur concupiscentia interior. ē ita concupiscentia ne pcedat: quia primo
et aperto mulieris cantatur concupiscentia in appetitu sensitiuo qui vi
detur sensualitas ē pcedit actum rationis: sic non est peccatum nec ve
niale nec mortale. cuius ratio est: quia talis motus sensualitatis non est
in potestate hois. ē per ꝑsequēs non est peccatum. sed rationis huius ōcu
plicantie posset percepta est bene est peccatum. vnde dicit Augustin. non est

in potestate

Prīcipio quidam animi forma vel deliberatio ē conclusa vndē dicit. Si
quis irascendus vel amandus.

Propatio est habitus mentis sine deliberatione boni vel mali operis.

Pollicitatio est affectio deliberati animi si fit locus perficiendi.

Si oculus. Scandalū pcedit accipi deformis amicus pulcritudo ipsi iter
dum nocet. Aut ex hoc in hoc
que ad corpus pertinent
confidit. finaliter oculꝰ.
Scandalizat. i. ſ in hac
sim aliquā trahere volt.
Similiter dextera manꝰ
dicit amicus qui est ami
cus in pietate. Similiter
qui in huius vite necessa
riis. Sicut visus oculus:
ita manus charitatis actio.
Vel in oculo ē in manu
dextera possunt accipi tra
hens: vxor filii: ppinqui
li qui sunt impedimento
debemus a nobis separa
re nec duz ipsos lucrativo
lumine nolipti pereamꝰ.
Vnde in leuitico de ma
gno sacerdote dicit cuius
anima culpa dei macu
pata est. nec super patrem
ē matrē vel filiū polluat. i. nullo* affecti. sedat nisi et* cui* culpa dedicat.

Vel oculꝰ est mētis visus: dextra dilectio exterioꝝ qui per gladium est ne
scandalizet. Quia si ille semp in ꝑpetuitatē relinquit: exterior frenat lege ea
hic scandalizat ꝑpetuo dolōdo illicita sed est crudelitas ne p eā i vitiū labamur.

Iste. Si contemplatiōē in tedio vel in arrogantiā dimittit: ei: ē ire
ad actiuā: q̄ melior est p actiuā saluari q̄ per contemplatiuā perire.

Erue eum. Ad literā nullum membri erui pcipit sed interiores vitios
qui dexter ē exterior qui sinister dicitur per studiū pu lubricis si nocet est re
uocandus vel removendus: ē est longe facilius. vt. f. nec in memoria ha
beatur. Eruitur oculus cum frangitur malus visus proiicitur: cum ē toto
annihilatur nec intrare permittitur.

Dextera manus. ē. Prospera operatio vel aliquis alienus ſtrc/
mus intra vitā negocia: qui ſi scandalizat est in lege deo melius est illo pauci
ex saluari ḡ cum illo damnari.

Dextera manus est actio oculus ꝑemptatio in qua fallaꝰ sumit* dē
ex infirmitate ad purum cōsiderat non valemus. In hac ꝑ desidia ē tor
pore ocio: ē in alia pro facili frequentia ē occupatiōe studio illaqueamur.
Et nota si quis non potest frui cōsideratiua non teneat otio ab actiua:
vel ne dum occupamur actibus: arceat ab interna dulcedine cum melius
in cōsideratiua possit perfecte.

Si dextera tua. i. si dum exequeris opera misericordie in actiua cadis
in alia vitia: dimitte eam actiuā ē trans. ad aliud.

Abscide eam ē proiice. Si quis hoc ꝑdicat de mēbris affectis pe
tatis non debet audiri. Sed vt improbitas mox ē pcussus actionē inde
relaxetur: vt quicquid in oculo mentis de vita iudicat ē mox ꝑcutat non

n potestate nostra quas visus tangentium: si est in potestate nostra eas respue
re vel accipere. ē sic patet q̄ peductus motus sensualitatis nō est potis: si
materia earum cede virtutis si ei resistat ꝑ rationē. Si aūt incedit ꝑ delecta
tionē mecolam absq; ꝑsensu thetice est peccati sed venialis. Si aūt sequat
ꝑsensū i alio: tūc est peccati mortalis cui antecēdit ꝑpositū factoꝝ signo.
ē ideo de tali ꝑpositione qui est ꝑsensū dicit salvator: Nam mechatus est
ei in corde suo. a Et si oculus tuus. Hic ex ſditis ostendit consilium
Lge illud q̄s facit boies ruere in talē consensū predicti est sollicitat dicēdo.
ē quia ſpectus impudicus est bestialitatis. ideo dicit: Et si oculus tuus de
xter scandalizat te. i. facit te ruere in predicti ꝑsensum. b Erue eum. et.
nō est sic intelligendū q̄ hō ad vitandū peccatū debeat sic aliquē mē
bro sibi a deo dato primario q̄ p hoc nō fiunt ꝑpositiones que intuitū vi
get. Sūt q̄ p vtā alia pōt adhiberi alia remedia efficatia. Lp voluntatem
actus mētis q̄ illicitos reprimendi q̄ mētes corporis moueāt ad act*
sūm per voluntatē. ē ideo cuius oculi hic accipit metaphorice. oculus est
cuius non pōt cōtra in actū videndi. ē p ꝑs ille dē sibi oculus erat qui
ꝑpius ab actu videndi impulsus p voluntatē refrenat. Alter exponit: Ocu
lus dexter. i. villanus bona de genē ſi sit aliqui ocasio ruine debet eum re
linquere ē ab eo recedere. verbi gr a ſi aliqs vadit ad aliqs collegii mulie
rū cū ꝑdicatiōe vel ꝑsilio quod ibi est dominus de genere ei ſi q̄ hoc ꝑcedi
plat ocasionē ruine sibi imminēte p certā alicuius familiaritatis multe vel
ēt nullo pacto licite debet illud opus boni de genere dimittere. nō aūt debet
c Expedit enī tibi vt vnū membroꝝ tuoꝝ pereat. pdicta nō. f. acti illicitā
ſpectu delectabilis ꝑfectionis vel ſ accipit ꝑ bono de genere melꝰ est illud
dimittere. d Et totū corp⁹. i. ḡa tua ꝑcipiendo operā ꝑ grauē la
psum pereat occasione illi* particularis boni. e Et ſi dextera manꝰ tua
scandalizat te. sicut dicti est de oculo sic de manu duplicitr pōt intelligi.
Vno mō sic: q̄ ſi est ocasio ruine p tactū ipudicū abscindēda est ꝑfectio
ne illi attacti ꝑ voluntatis imperiū. Alio mō sic q̄ manū intelligat do

sputatiō. ē quicqd ꝑta operationē virtutis extra pollicitū quid pollicitus.

In genere. Nemo gaudeat in vita sua sine vi. nisi qui* a vita sua
vita ponit. Cuius nulla occasio est. Beati sunt lamentabiles. qui
radicē montis sancta vocē illius sunt. bei valles irrigua fiūt ē vocatio ē
plena edūt. ē lacus in cauernis plor aquarū. ē alibi. Ibunt de virtute in
virtutem. vt videat deus
sion ē. ē alibi. Beati qui
habitant in domo tua do
mine. ē. Omnium autem non
ꝑcipiendorū locum. Sicq;
cadunt duo* vt vocatur i. tu
pollicitatorum. i. mendaces
mentiq; bonus ex quo lo
qui nomine futura supplicia
ea deliberantur.

Dixit illi ih. Scripte
mortui ſ bonor mundi
q̄ ſi vxor non placet vero
propter aliquā fictitiam
dimittat eam. quod chri
stus exponit: ad duritiā
cordis eorum dici: non vt
eā dimittere ꝑcipiat: sed
vt tollatur hesitatio.

Dimittit. Dicitur est enim quidā
q̄ ꝑ odiū sanguinē suum
di. Christus ḡ solum fornicationē excepit: ceteras molestias tulere pro de
cōiugij ē caritate sustinere. Non est dimittere: contempta carnali iunc
cum vxore spiritualiter viuere. Nec tabet vxorē non dimittī. qui aliter se
cit. Qui non odierit patrem ē matrem ē. ſ. c. non potest meus esse discī
pulus. Ideo dictum est: quia in regno dei nulla est condicio vite pollicitus
q̄ qui non odierit ē vt sustinet operatori i secundum diligit regnum dei.
Odit ergo non hominem quoꝝ pollicitus vult secum permanere. sed corru
ptibilē coniunctionē in ꝑpetuitatē miserā naturalē ē mortalē in parenti
bus. Amat vero eternā esse vitā ē celebs illic. Sicut diligit inimicū nō in q̄
inimicus ē malus: sed q̄ bono vt secum sit saluus.

Io. ca. Permisit moyses vxori libellū repudii. nec ꝑpter odiū fundere
sanguis. Permittebat malas nec fieret peior. ē hoc ꝑmittendo nō dei
institui demonstrauit: sed a peccato absolui culpā peccandi. vt q. sm legē
agentibus peccati non vitiat. nec ꝑcati. Si ergo permittam est reprobis
malis quidē tamen licitū. Hoc rōne aptā peccatis facilius emptas poꝝ
ptor incontinentiā bolum. Permisit nō peccatiq; ꝑmittendo malorum
peccatum* q̄ malas bonis voluntates ad plenū ꝑficere non pollentes.

Cā fornicatiōis. Quia in hoc filio cōmittit ē cōmittit numquā
ē illic non facit cum mechari sed ipsa causa est ruinosa. Si autē ꝑ fal
sificationē dimittit a fornicatione. odiet alic immunitia. nec aliam ducere ꝑ
cet dum illa viuit.

Fornicationis causa. Femine que fornicata est: vel vir ne fornicetur.
Scilicet si vxor cogat ad idolatriam: vel ad mortificandū vel ad alias illici
tas concupiscentias. Non enim fornicatio est illi stupri. sed generaliter ā
a lege dei aduersari facti.

De ira

num opus de generibus est relinquendū si fit occasio ruine: sicut si aliquis
alicui mulieri det elemosynā: et hoc ꝑcebat ei ea familiaritatē quā ei
sam debet simili dimittere. Si sic sit boni de genere pdat mal⁹ boni est
tinēte. f Dicti est ādē quicūq; dimiserit vxorē sua. Dic dat intellectū
cautelā pnisi in lege. Cui libelli repudii dantur. ē. Scribē dicit: qui
Si accedit vxorē ē nō inuenerit gratiā ei ab oculis eī* ꝑter aliquā fidu
tatē scribat libellū repudii qđ dabit in manu illius ē dimittet de domo
sua. credebāt alii male q̄ hoc ēt simpliciter licitū. sed hoc. f. fallū. q̄ est ꝑ
totā vitā indissolubilitas sit de rōne ꝑfectionis matrimonialis. vt. vñ. i. ca.
sō hoc permittat: nō q̄ licitū ſ ad euitandū maius malū. f. vxoricidium.
Mōdus est enim vanus
q̄ ꝑ odiū sanguinē suum
di. Christus ḡ solum fornicationē excepit: ceteras molestias tulere pro de
cōiugij ē caritate sustinere. Non est dimittere: contempta carnali iunc
cum vxore spiritualiter viuere. Nec tabet vxorē non dimittī. qui aliter se
cit. Qui non odierit patrem ē matrem ē. ſ. c. non potest meus esse discī
pulus. Ideo dictum est: quia in regno dei nulla est condicio vite pollicitus
q̄ qui non odierit ē vt sustinet operatori i secundum diligit regnum dei.
Odit ergo non hominem quoꝝ pollicitus vult secum permanere. sed corru
ptibilē coniunctionē in ꝑpetuitatē miserā naturalē ē mortalē in parenti
bus. Amat vero eternā esse vitā ē celebs illic. Sicut diligit inimicū nō in q̄
inimicus ē malus: sed q̄ bono vt secum sit saluus.

Io. ca. Permisit moyses vxori libellū repudii. nec ꝑpter odiū fundere
sanguis. Permittebat malas nec fieret peior. ē hoc ꝑmittendo nō dei
institui demonstrauit: sed a peccato absolui culpā peccandi. vt q. sm legē
agentibus peccati non vitiat. nec ꝑcati. Si ergo permittam est reprobis
malis quidē tamen licitū. Hoc rōne aptā peccatis facilius emptas poꝝ
ptor incontinentiā bolum. Permisit nō peccatiq; ꝑmittendo malorum
peccatum* q̄ malas bonis voluntates ad plenū ꝑficere non pollentes.

Cā fornicatiōis. Quia in hoc filio cōmittit ē cōmittit numquā
ē illic non facit cum mechari sed ipsa causa est ruinosa. Si autē ꝑ fal
sificationē dimittit a fornicatione. odiet alic immunitia. nec aliam ducere ꝑ
cet dum illa viuit.

Fornicationis causa. Femine que fornicata est: vel vir ne fornicetur.
Scilicet si vxor cogat ad idolatriam: vel ad mortificandū vel ad alias illici
tas concupiscentias. Non enim fornicatio est illi stupri. sed generaliter ā
a lege dei aduersari facti.

De ira

num opus de generibus est relinquendū si fit occasio ruine: sicut si aliquis
alicui mulieri det elemosynā: et hoc ꝑcebat ei ea familiaritatē quā ei
sam debet simili dimittere. Si sic sit boni de genere pdat mal⁹ boni est
tinēte. f Dicti est ādē quicūq; dimiserit vxorē sua. Dic dat intellectū
cautelā pnisi in lege. Cui libelli repudii dantur. ē. Scribē dicit: qui
Si accedit vxorē ē nō inuenerit gratiā ei ab oculis eī* ꝑter aliquā fidu
tatē scribat libellū repudii qđ dabit in manu illius ē dimittet de domo
sua. credebāt alii male q̄ hoc ēt simpliciter licitū. sed hoc. f. fallū. q̄ est ꝑ
totā vitā indissolubilitas sit de rōne ꝑfectionis matrimonialis. vt. vñ. i. ca.
sō hoc permittat: nō q̄ licitū ſ ad euitandū maius malū. f. vxoricidium.
Mōdus est enim vanus

Reddeo aũt. Si iurare negatũ p creatoꝛ iurabit̃: non per creatu
ram. Hoc ẽt per qꝫ iurat̃ qualit̃ veneraꝫ hoc amarit̃ hoc timet. ideo lex
precipit vt nõ iurẽtur nisi per deũ. Judei ẽt per angelos ⁊ hierusalẽ ⁊ ce
tera iurabãt creatura. venerabant' honore dei. Dicit ergo victimas
deo īmolabãt nec eas idolis īmolarent. nec parualis conceptus ẽt iurare
per deum nõ q̃ rẽte hoc
fiat. sed quia melius ẽt ꝑ
deo a deicere q̃ creaturã.

ℓ Deinde no solũ iurare
prohibet. Nec quia q. bo-
num appetat̃ iurare iudi
cẽ affidetur̃ iurandi. la-
bitur in periurium. Ju-
rat enim paulus. vñ dñi
actum facit non q̃ bonũ
iurare: sed q̃ necessa-
rium dum nisi iurẽt ho-
mines sunt pigri credere
quod ẽt eis vile.

Qui non iurat petra
re non potẽt: licut q non
loquit̃r nõ põt mẽtiri.

Ego aũt̃ dico vo
bis. Docet nõ tm vite
ꝛ creaturis quod q̃ pec
rare debeat: dum a iura
mento vlq; ad īmum iura
mentũ vexat. a colorẽ
ad capillũ. In deũ peccare conuincit cuius throno ẽt celũ ⁊ cuius ẽt ge
Tunc accesserunt ad eum Pharisaei et scribae de Ierosolymis dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas cum panem manducant. Qui respondens ait illis: Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Deus enim dixit: Honora patrem et matrem et qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri: Munus quodcumque fuerit ex me tibi proderit et non honorificabit patrem suum aut matrem suam. Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocritae bene prophetavit de vobis Isaias propheta dicens: Populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me docentes doctrinas et mandata hominum. Et convocata turba dixit illis: Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: Scis quia pharisaei audito verbo scandalizati sunt? Qui respondens ait: Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus caelestis eradicabitur. Sinite illos caeci sunt duces caecorum. Caecus autem si caecum ducat ambo in foveam cadent. Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. Et ait: Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum emittitur? Quae autem procedunt de ore de corde exeunt et ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malae homicidia furta falsa testimonia blasphemiae. Haec sunt quae coinquinant hominem. Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri et Sidonis. Et ecce mulier Chananaea a finibus illis egressa clamavit dicens: Miserere mei Domine fili David filia mea male a daemonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel. Mulier autem venit et adorabat eum dicens: Domine adiuva me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. Mulier autem dixit: Etiam Domine nam et catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus dixit ei: O mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset Iesus inde venit secus mare Galilaeae ascendit in montem et sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum mutos claudos debiles caecos multos alios et proiecerunt eos ante pedes eius et curavit eos. Ita ut turba mirarentur videntes mutos loquentes debiles sanos claudos ambulantes et caecos videntes et magnificabant Deum Israel. Iesus autem convocatis discipulis suis ait: Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Et discipuli dicunt ei: Unde nobis in deserto tanta panes ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem et pusillos pisciculos. Et praecepit turbae ut discumberent super terram. Et accepit septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis et discipuli turbae. Et manducaverunt omnes et saturati sunt et quod superfuit fragmentorum tulerunt septem sportas plenas. Erant autem manducantes quattuor millia hominum exceptis parvulis et mulieribus. Et statim ascendens navem cum discipulis suis venit in fines Magedan. Et exierunt pharisaei et cum eis Sadducaei et tentantes rogaverunt eum ut signum de caelo ostenderet eis. At ille respondens dixit eis: Facta vespere dicitis: Serenum erit rubicundum est enim caelum. Et mane: Hodie tempestas erit rubet enim triste caelum. Faciem caeli dijudicare nostis signa autem temporum non potestis scire? Generatio prava et adultera signum quaerit et signum non dabitur ei nisi signum Ionae prophetae. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere. Et dixit illis Iesus: Videte et cavete a fermento pharisaeorum et Sadducaeorum. Et cogitabant inter se dicentes: Panes non accepimus. Quod sciens Iesus ait illis: Quid cogitatis inter vos modicae fidei quia panes non habetis? Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum in quinque millia hominum et quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum in quattuor millia hominum et quot sportas sumpsistis? Quomodo non intelligitis quia non de pane dixerim vobis cavere a fermento pharisaeorum et Sadducaeorum? Tunc intellexerunt quod non dixisset cavendum a fermento panum sed a doctrina pharisaeorum et Sadducaeorum. Venit autem Iesus in partes Caesareae Philippi et interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Ioannem Baptistam alii autem Heliam alii vero Ieremiam aut unum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi. Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed Pater meus qui in caelis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in caelis et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis. Tunc praecepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus. Exinde coepit Iesus ostendere discipulis suis quia oportet eum ire Ierosolymam et multa pati a senioribus et scribis et principibus sacerdotum et occidi et tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus coepit increpare illum dicens: Propitius esto tibi Domine non erit istud tibi. Qui conversus dixit Petro: Vade retro me Satana scandalum es mihi quia non sapis ea quae Dei sunt sed quae hominum. Tunc Iesus dixit discipulis suis: Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam qui autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur animae vero suae detrimentum patiatur aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera eius. Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo. Et post dies sex assumit Iesus Petrum et Iacobum et Ioannem fratrem eius et ducit illos in montem excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses et Helias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit Iesu: Domine bonum est nos hic esse si vis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et Moysi unum et Heliae unum. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in facies suas et timuerunt valde. Et accessit Iesus et tetigit eos et dixit eis: Surgite et nolite timere. Levantes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte praecepit eis Iesus dicens: Nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes: Quid ergo scribae dicunt quod Heliam oportet primum venire? Qui respondens ait: Helias quidem venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis quia Helias iam venit et non cognoverunt eum sed fecerunt in eo quaecumque voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et cum venissent ad turbam accessit ad eum homo procidens genua sua ante eum et dicens: Domine miserere filio meo quia lunaticus est et male patitur nam saepe cadit in ignem et saepe in aquam et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus dixit: O generatio incredula et perversa quousque ero vobiscum? Quousque patiar vos? Adducite illum huc mihi. Et increpavit illum Iesus et exiit ab eo daemonium et sanatus est puer ex illa hora. Tunc accedentes discipuli secreto dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere eum? Dicit eis Iesus propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic: Transi hinc illuc et transibit et nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem et ieiunium. Conversantibus autem eis in Galilaea dixit eis Iesus: Futurum est filium hominis tradendum in manus hominum et occident eum et die tertia resurget. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum et dixerunt ei: Magister vester non dat didrachma? Ait illis: Utique. Et cum intrasset domum praevenit eum Iesus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributa vel census? A filiis suis an ab alienis? Et ille dixit ei: Ab alienis. Et ait illi Iesus: Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle et aperto ore illius invenies staterem illum sumens da eis pro me et te. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno caelorum? Et advocans Iesus parvulum unum statuit eum in medio eorum et dixit: Amen dico vobis nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste hic est maior in regno caelorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui credunt in me expedit ei ut suspendatur mola asinaria per collum eius et demergatur in profundum maris. Vae mundo a scandalis necesse est enim ut veniant scandala verumtamen vae homini illi per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te bonum tibi est ingredi ad vitam debilem vel claudum quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te eruе eum et proice abs te bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis dico enim vobis quia angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves et erraverit una ex eis nonne relinquit nonaginta novem in montibus et vadit quaerere errantem? Et si contigerit ut inveniat eam amen dico vobis quia gaudet super eam magis quam super nonaginta novem quae non erraverunt. Ita non est voluntas ante Patrem vestrum qui in caelis est ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem non audierit te adhibe tecum adhuc unum vel duos ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos dic ecclesiae. Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis quae alligaveritis super terram erunt ligata et in caelo et quae solveritis super terram erunt soluta et in caelo. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint fiet illis a Patre meo qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei? Numquid usque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque septies sed usque septuagies septies. Propterea simile factum est regnum caelorum homini regi qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum coepisset rationem ponere oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet iussit eum dominus eius venumdari et uxorem eius et filios et omnia quae habebat et reddi. Procidens autem servus ille rogabat eum dicens: Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius dimisit eum et debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios et tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens conservus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me et reddam tibi omnia. Ille autem noluit sed abiit et misit eum in carcerem donec reddat debitum. Videntes autem conservi eius quae fiebant contristati sunt valde et venerunt et narraverunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc vocavit illum dominus suus et ait illi: Serve nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me nonne ergo oportuit et te misereri conservo tuo sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque reddat universum debitum. Sic et Pater meus caelestis faciet vobis si non remiserit unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos migravit a Galilaea et venit in fines Iudaeae trans Iordanem. Et secutae sunt eum turbae multae et curavit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisaei tentantes eum et dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? Qui respondens ait eis: Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una? Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii et dimittere? Ait illis Iesus: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit moechatur et qui dimissam duxerit moechatur. Dicunt ei discipuli eius: Si sic est causa hominis cum uxore non expedit nubere. Qui ait illis: Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt et sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus et sunt eunuchi qui castraverunt semetipsos propter regnum caelorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei parvuli ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus vero ait: Sinite parvulos et nolite eos prohibere ad me venire talium est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus abiit inde. Et ecce unus accedens ait illi: Magister bone quid faciam ut habeam vitam aeternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono unus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi serva mandata. Dicit illi: Quae? Iesus autem dixit: Non homicidium facies non moechaberis non furtum facies non falsum testimonium dices honora patrem et matrem et diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adulescens: Omnia haec custodivi a iuventute mea quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse vade vende quae habes et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et veni sequere me. Audito autem adulescens verbo abiit tristis erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis quia dives difficile intrabit in regnum caelorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum caelorum. Audientes autem discipuli mirabantur valde dicentes: Quis ergo potest salvus fieri? Et aspiciens Iesus dixit illis: Apud homines hoc impossibile est apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit. Multi autem erunt primi novissimi et novissimi primi. Simile est enim regnum caelorum homini patri familias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos et dixit illis: Ite et vos in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa horam sextam et nonam et fecit similiter. Circa horam autem undecimam exiit et invenit alios stantes et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Ait illis: Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset dicit dominus vineae procuratori suo: Voca operarios et redde illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerunt singulos denarios. Venientes autem et primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi et acceperunt et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patrem familias dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei et aestum. At ille respondens uni eorum dixit: Amice non facio tibi iniuriam nonne denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est et vade volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi et primi novissimi. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. Et ascendens Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto et in via dixit eis: Ecce ascendimus Ierosolymam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et damnabunt eum morte et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigendum et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in regno tuo. Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis sedere autem ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est a Patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocavit eos et ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum et qui maiores potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos sed quicumque voluerit inter vos maior fieri erit vester minister et qui voluerit in vobis primus esse erit vester servus sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab Hiericho secuta est eum turba multa et ecce duo caeci sedentes secus viam audierunt quia Iesus transiret et clamaverunt dicentes: Miserere nostri Domine fili David. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes: Miserere nostri Domine fili David. Et stetit Iesus et vocavit eos et ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt ei: Domine ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum et confestim viderunt et secuti sunt eum.

Et cum appropinquassent Ierosolymis et venissent Bethphage ad montem Oliveti tunc Iesus misit duos discipulos suos dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea solvite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit dicite quia Dominus his opus habet et confestim dimittet eos. Hoc autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiae Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut praecepit illis Iesus et adduxerunt asinam et pullum et imposuerunt super eis vestimenta sua et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbae autem quae praecedebant eum et quae sequebantur clamabant dicentes: Hosanna filio David benedictus qui venit in nomine Domini Hosanna in excelsis. Et cum introisset Ierosolymam commota est universa civitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilaeae. Et intravit Iesus in templum Dei et eiiciebat omnes vendentes et ementes in templo et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas et dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur vos autem facitis eam spelunca latronum. Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo et sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum mirabilia quae fecit et pueros clamantes in templo et dicentes: Hosanna filio David indignati sunt et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit illis: Utique numquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam et mansit ibi. Mane autem revertens in civitatem esurivit. Et videns fici unam secus viam venit ad eam et nihil invenit in ea nisi folia tantum et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est confestim ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes: Quomodo confestim aruit ficulnea? Respondens autem Iesus ait illis: Amen dico vobis si habueritis fidem et non haesitaveritis non solum de ficulnea facietis sed et si montis huic dixeritis: Tollere et mittere in mare fiet. Et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis. Et cum venisset in templum accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes: In qua potestate haec facis et quis tibi dedit hanc potestatem? Respondens autem Iesus dixit eis: Interrogabo et ego vos unum sermonem quem si dixeritis mihi et ego dicam vobis in qua potestate haec facio. Baptismus Ioannis unde erat? De caelo an ex hominibus? At illi cogitabant apud se dicentes: Si dixerimus de caelo dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei? Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam omnes enim habebant Ioannem sicut prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt: Nescimus. Ait illis et ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate haec facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios et accedens ad primum dixit: Fili vade hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem paenitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter. Ille autem respondens ait: Eo domine et non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Ait illis Iesus: Amen dico vobis quia publicani et meretrices praecedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiae et non credidistis ei publicani autem et meretrices credidere ei. Vos autem videntes nec paenitentiam habuistis postea ut credatis illi. Aliam parabolam audite: Homo erat pater familias qui plantavit vineam et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular et aedificavit turrem et locavit eam agricolis et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit servos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricolae apprehensis servis eius alium caedentes alium occiderunt alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures quam priores et fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur filium meum. Agricolae autem videntes filium dixerunt intra se: Hic est heres venite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Et apprehendentes eum eiecerunt extra vineam et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineae quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos male perdet et vineam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Numquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructum eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur super quem autem ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius cognoverunt quod de ipsis diceret. Et quaerentes eum tenere timuerunt turbas quoniam sicut prophetam illum habebant. Et respondens Iesus iterum dixit in parabolis dicens: Simile factum est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias et nolebant venire. Iterum misit alios servos dicens: Dicite invitatis: Ecce prandium meum paravi tauri mei et altilia occisa sunt et omnia prompta venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt abierunt alius quidem in villam suam alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset misit exercitus suos et perdidit homicidas illos et civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis: Nuptiae quidem paratae sunt sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quotquot inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos et impletae sunt nuptiae discumbentium. Introivit autem rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali et ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. Tunc abeuntes pharisaei consilium inierunt ut comprehenderent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes: Magister scimus quia verax es et viam Dei in veritate doces et non est tibi cura de aliquo non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur licet censum dare Caesari an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum ait: Quid me tentatis hypocritae? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius est imago haec et superscriptio? Dicunt ei: Caesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt et relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum sadducaei qui dicunt resurrectionem non esse et interrogaverunt eum dicentes: Magister Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filios ducat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus et tertius usque ad septimum. Novissime autem omnium defuncta est et mulier. In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus dixit eis: Errabitis nescientes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli Dei in caelo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum sit a Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob? Non est Deus mortuorum sed vivorum. Et audientes turbae mirabantur super doctrina eius. Pharisaei autem audientes quia silentium imposuisset sadducaeis convenerunt in unum et interrogavit unus ex eis legis doctor tentans eum et dicens: Magister quod mandatum magnum est in lege? Iesus autem dixit illi: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae. Congregatis autem pharisaeis interrogavit eos Iesus dicens: Quid vobis videtur de Christo cuius filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum dominum quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Tunc Iesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos dicens: Super cathedram Moysi sederunt scribae et pharisaei. Omnia ergo quae dixerint vobis servate et facite secundum vero opera eorum nolite facere dicunt enim et non faciunt. Alligant enim onera gravia et importabilia et imponunt in humeros hominum digito autem suo nolunt ea movere. Omnia autem opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in coenis et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi unus est enim magister vester omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram unus enim est pater vester qui in caelis est. Nec vocemini magistri quia magister vester unus est Christus. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltaverit humiliabitur et qui se humiliaverit exaltabitur. Vae autem vobis scribae et pharisaei hypocritae quia clauditis regnum caelorum ante homines vos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare. Vae vobis scribae et pharisaei hypocritae quia circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum et cum fuerit factus facitis eum filium gehennae duplo quam vos. Vae vobis duces caeci qui dicitis: Quicumque iuraverit per templum nihil est quod autem iuraverit in auro templi debet. Stulti et caeci quid enim maius est aurum an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque iuraverit in altari nihil est quod autem iuraverit in dono quod est desuper debet. Caeci quid enim maius est donum an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari iurat in eo et in omnibus quae desuper sunt. Et qui iurat in templo iurat in illo et in eo qui habitat in templo. Et qui iurat in caelo iurat in throno Dei et in eo qui sedet super eum. Vae vobis scribae et pharisaei hypocritae quia decimatis mentam et anethum et cyminum et reliquistis quae graviora sunt legis iudicium et misericordiam et fidem haec autem oportuit facere et illa non omittere. Duces caeci excolantes culicem camelum autem glutientes. Vae vobis scribae et pharisaei hypocritae quia mundatis quod de foris est calicis et paropsidis intus autem pleni estis rapina et immunditia. Fili pharisaee caece munda prius quod intus est calicis et paropsidis ut fiat quod foris est mundum. Vae vobis scribae et pharisaei hypocritae quia similes estis sepulcris dealbatis quae foris parent hominibus speciosa intus autem plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Sic et vos a foris quidem paretis hominibus iusti intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate. Vae vobis scribae et pharisaei hypocritae quia aedificatis sepulcra prophetarum et ornatis monumenta iustorum et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum non essemus socii eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobis quod filii sitis eorum qui occiderunt prophetas. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes generatio viperarum quomodo fugietis a iudicio gehennae? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis occidetis et crucifigetis et ex eis flagellabitis in synagogis vestris et persequemini de civitate in civitatem ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filii Barachiae quem occidistis inter templum et altare. Amen dico vobis venient haec omnia super generationem istam. Ierusalem Ierusalem quae occidis prophetas et lapidas eos qui missi sunt ad te quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et non vultis. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis non videbitis me amodo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. Et eg

Reggebat ergo. Bonitatē eius cum timore pleni debem⁹ gaudio spirituali repere⁹ operando bonū nobis.

Dominus erat. Deus omnipotēs ter cognitus. Deus omnipotēs ter cognitus. Vna scola. Vna salus. Ipse q̄ bonus et q̄ malos suscipit⁹ ne ullo tempore obstando vendicant.

Dixit. Ade vnus. Ait eis: ipe qui potuit eis² bonis⁹, vel ipsis precepto

Nicolaus. Qui intelligens
ego ero ei⁹ apud deum
Quia ita ait ei⁹ ioh⁹
ne. Vel alicubi vbi dili
gētes q̄ eius omnia vi
lescunt.

Dagene mit. Ipse⁹ baptismi vaticinii. Ecce ego mitto ad vos
pdicatores milleo. pdicq
audiendi per⁹ e andreas
iacobus ⁊ iohēs. Se
quimini me factum vos
pdicatores bolim⁹ conse
querit ibi dignitas et ve
nit ⁊ nosse ipsum⁹ ⁊ in
mare sicuti mittunt
que vlq; bodie mittunt:
⁊ in diuersos modos ca
piens quisq; inclit⁹ ho
bet. i. ad fine mūdi: ut ille
fier dicitur. Vnde sequit
Sic erit in cōsūmatione
seculi ⁊c.

Sagene compara
tio ecclie: vel pdicato
re euāgelico atq; a fluc
tibus seculi ad ecclz tra
hit.

Et sicut ligna. Ac it
tēpe finis seculi: ut dom
ad iudicū: multi ad tene
bras mittent⁹. in pdestī
enim erant permixti.

Ideo dic⁹. Quia in
telligitis mysteria q̄ vo
bis reuelo: ideo facium
vos felicitores. Et ei
ris mihi similes: qui de
thesauro fidei nec no
ua et vetera pferre: vel
vos similiter facientes.

Nicolaus

stionis. Ista ait margarita di vna ⁊ pciosa. a Una. q; bolem vnit. actiua ait vita magis pmisit. ppter hoc dī q martha erat circa multa occupata. marie vo circa vnū. Dicit enī, b Preciosa. q; vita ecclēsiastica simplr ⁊ absolute melior ē q; actiua. Ly in cāa actiua fit magis fructifera. ppter qđ dī Luc. x. Maria optimā pte elegit ⁊c. Ista margarita ven
dita olī⁹ est em⁹ta. in q̄ designat⁹ q; ad statū religiōis requīt relinqre ter
rena. Inde ḡdit ad ꝑgrinand. ⁊ in pticulari. Et q; alte stat⁹ aut⁹ ad vtiq;
ad fidem mīdi. ideo nō ponit alia pabola p⁹ illāti illa ḡdit finē mūdi. ⁊ hoc declarat cū subdit: c Iterū sile est regnū celoz. i. stat⁹ ecclie mi
litātis. sīc enī nō dubitandū bonū piscez a malis ḡdita sagena ē. ita aqua
sic ecclia admixtis sibi malis cū bonis: ⁊ in fine mūdi trahet⁹ ad litꝰ p apti
tudinē: tūc erūt manifesta abscīdita cōstāt. ⁊ tūc indicio vino ⁊ mini
sterio angelor⁹ separāt⁹ malis de medio iustor⁹ ⁊ mittunt in infernū: et sic
ecclia pugnata ofert deo patri sine macula ⁊ ruga. d Intellexistis.
Dic pont pncipalio ostendo. Ad hoc enī in pabolis fūlcē pscript⁹ est p
cessus ecclie militātis: vt apli q erāt ipis⁹ filiū dei essent p⁹cipm p sanguinē sui
ꝝ. Dicūt ē intelligere bndi pncipli. ⁊ ē ei⁹ q̄s dic⁹ Intellexistis hec oīa.
q. d. ad vos ptiner intelligē. e Dicūt ei crīs. ait illīs olī⁹ scriba. i. doctor.
f Doctꝰ. id est⁹ a deo inspirat⁹. g In regno celoz. i. in ecclia militāte.
h Similis ē ho pfami. q; ille pfamiliaris hꝫ pascere filios pane corpali:
sic ille parmulos fidelis panc spūali. i Qui ꝑfert de thesauro suo. i. de
fide in corde abscōdita. k Noua ⁊ vetera. i. nouū vel pceptū nouū ⁊ ve
tus statū. Et ꝙ ꝑ q̄ erāt q̄ successerūt ipsis⁹ vocati hīc noticiā vtriusq;
testamēti. in cor⁹ signā ponit⁹ mitrā i capite cū duplici cornu. l Et factū
est. Postq̄ euāgelista doctor⁹ ꝑfectꝰ ꝑ multipler doctrinā fidē hīc declarāt ppli
doctrinā ei⁹ recipe debētis impotentiā q; illi de ꝑria sua, ppter p̄pinquā
generis ei⁹ inuidebāt ⁊ ipsū despiciebant ⁊ in hoc tribꝰ abstinet monēdans
et dicēs nō fut radix ⁊ regē crimis⁹ ꝓphetarū fuit pastor ouiū. ⁊ ideo illi
ex malicia sua facti sūt incpti ad recipiēdā doctrinā ipsi⁹ ⁊ ei⁹ miracula. ⁊
hoc ēst qđ dicit: m Cum cōsummasset Ies⁹ pabolas istas: docto di
scipulos suos ⁊ turbas. n Transiit inde ⁊ venit in patriā suā. i. in
ciuitatē eius vbi fuerat enutrit⁹. nutrit⁹ fuisse in bethlem natus: vt. ꝰ.
videbant eum ⁊ intra ꝑietum nec in lege studentem. ppter qđ dicebāt:

Omi ꝑcio ⁊c hic. Aperat ꝑ culpa ad intelligēdū nesciebāt q̄ adhuc erāt vt cōuertūt in regno vnat hoc ergo in conclusione ponit ad
ponit. Ꝑ⁹ enim de regni firmitate thesaurū ⁊ bonā margaritā quā
post de malor⁹ cōditione narrauit nūc pbatiō subdit. Ideo. o. l. Ac si
aperte dicat. Ille in sancta ecclesia docet⁹ ꝑfectus q̄ nouā scit ꝑferre de
fluentē regni: ⁊ vetustā de terrore supplicii:
vt pene terrenā quoq; ꝑ
mia non inuitant.

Apostoli sunt scribe
notarij ⁊c. Hoc cum ig
gnitio in tabulis cordis
⁊ pcient opis⁹ pientiā
milia: cū cētro de the
sauro doctrinā suā nu
uā ⁊ vetera: qui quicqd
i cuiuslibet ꝑfectū legūt
ꝑ Qui vocāt⁹ apostolꝰ.

Et mirarentur. Magna certam qđ ver
bis ⁊ fact⁹ ihū cognōbit ob
generis notitiā cōtēnūt.

Fabri filius. Nō sine
re voluit dici faber fabri
filius nō illi⁹ qui pauper fy
fabricator ferrī erat. Sz huī
sacri ind. i. ignari: viuūq;
strue opa carnalia ꝑ
pie ꝓfitentis ꝓhibent.

Nōne ne. Videbat⁹ gēn
tis ei⁹ ega: i fragilez re
cordantur infantiam.

Prophe. Christꝰ vt
ꝓphā. vt moyses vitat:
Prophētā saluabit vo
bis dēs de fratribus vestro.

In patria. E. Ibi cīs
ꝓfessionē⁹ maiora affē
facit in gentibus.

Et nō fecit. Fecisse
tuto aliqñ⁹ nō mīras:
ne incredulos ꝓdūcat.
Ad despect⁹ pauca facit,
ne penit⁹ cessabiles sint,
matera aūt i glōr⁹ facit.

C. XIIII.
Illo tēpore.
Audiuit he.

de lyra

p Unde huic sapientia. i. notitia scripturarum. q Et ⁊tutes q. d.
nō habet hoc a deo vel exercitij studio: ⁊ magio a diabole quod arguit ex
ignobilitate seu infirmitate parentū. r Nōne hic est fabri filiꝰ. i. ioseph
quivel dicit erat faber lignarius ⁊ ipse putabat eius filiꝰ. vt habet Luc. iii.
s Et fratres eius iacob⁹ ⁊c. Dicunt ad fratres ꝑpī: qz ex ipe⁹ cognati
germani: nō quia essent de maria ⁊ ioseph post natiuitatē ꝑpī generati vt
dicit Eluidius hereticꝰ qui dicit mariā esse cognitam a ioseph post natiu
tatem ꝑpī: sed hoc. ā. improbatū est. i. ca. sequit: t Unde ergo huic om
nia ista. q. d. si non habet exercitio vel ex genere. habet ergo ex demone. ⁊
ideo sequitur. v Et scandalizabant in eo. attribuentes virtutē demo
nis quod debebat attribui virtuti diuinitatis. x Jesus aūt dixit eis
non est ꝓpheta ⁊c. Quia inuidia magio est ad patriotas ⁊ ad ꝓpinquos
ꝑ ad extraneos. Cuius ratio est. quia inuidia est tristicia de excellentia al
terius inquantū apprehendit. vt propriū boni diminutiua. excellentia aūt
alicuius extantis multus non apprehendit vt ꝓpriū boni diminutiua.
ppter quod inter artifices eiusdem artis est magis inuidia: ⁊ eadem ratio
ne inter cōpatriotas. sequitur: y Et nō fecit ibi multas virtutes: quia
erant indigni. causa subditur: ꝙ Propter incredulitatē eorum. non
tamen nulla: quia ibi aliquas virtutes fecit. vt non habeat⁹ excusationē
de peccato suo videntes opera diuinitatis in eo. C. XIIII.

a Illo. Posita promulgatione euangelij parabolica. hic ponitur
i huius promulgationis cōfirmatio ⁊ hoc ex duobus. primo ex fa
ma nominis. secundo ex eius miraculis: ibi: Quod cum audisset
Ies⁹. Prima in duas. quia ꝑmo ostendit famam ipsi⁹ christi. secundo ex
hoc incidenter narrat mortem iohannis: ibi: Herodes enim. Circa
primū aduertendū q̄ miracula christi fuerunt tantum euidentia q̄ non
solum fama ei⁹ fuit inter vulgares boles: ⁊ inter magnates ꝑsonas ꝑ
pea. ⁊ hoc est qđ dicit. b Audiuit hero. tetrar. ⁊c. Et sciendū q̄ tetrarcha q̄
habebat quartā ptē regni dicit⁹. Herodes enim herodes ascalonita qui
interfecit innocentes: diuisum est regnum eius in quas mediocres: ita q̄
archelaus filius eius habuit mediocrem. vt. ā. dictum est. ñ. ca. Alia aūt
mediocris diuisa fuit in duas partes. ⁊ vna data est herodi: ⁊ altera ꝑ
lippo. qui erant tunicos. ⁊ ideo dī tetrarcha a quarta ꝑte regni. a tamen
quod est quattuor ⁊ archos quod est principat⁹ in quarta

Ja tacto ho ita audiuit hc. te. omnia que fiebant ab eo: ⁊ hesitabat eo q̄ p⁹
cretur a quibusdam q̄ Johannes resurrexit. a quibusdam eo quia bellus
apparuit. Et ego arbitror est iohānes: vt infra marcus questionem soluit
post hesitationem ait: vel aliquae turbae. hoc enim verba ad virum ꝙ
se habent.

Et ait. Nota inuidiam iudeorū. Nic. alie
nigena dicit reluctante
iohannes qui multum fe
gnum fecit. Jle tamen
tot virtutibus approbatum non reluctabile con
tendunt.

Et ideo v. o. Gens
rant enim q̄ malefactor
tunc sunt futuri sanctā
monia refugentes: ꝙ
fragili carne gaudent.

Herodes enī Quia
dixit de opinione relin
quentis est nihil de mor
te dixit: ⁊ certū ⁊ nar
rat ordinē rei obtexit.

Herodes ille ⁊ phi
lippus frater eius fuerunt fi
lij herodis: filij aūt ꝓfe
tissimi filij nō illi⁹ qui pau
fabri. ⁊ soror herodis agrippe ⁊ nepis huius herodis ⁊ philippi fratris sui. fm
q̄ dicit Iosephus ⁊ magister in hystoria fuit coniuncta matrimonialiter
philippo fratri herodis: quia hoc erat licitū fm legem. Ipsa aūt adamā
uit herodem amore illicito. ⁊ ideo cū absentia fraudulenter fratri suo. de volū
tate eius ipsi herodiadis. ⁊ hoc erat ei illicitū. vt viuēte ei⁹ fratre haberet ei⁹
uxor. Iohannes aūt vir sanct⁹ ⁊ timēs deū hoc arguebat herodem. ꝑpter
qđ ab eodē captus est ⁊ incarceratꝰ. qz nō audebat eum interficere ne fidē
lionē populi excitaret ꝓ tā ſ. qz omnes reputabāt iohānē sanctum ꝓphe
tam. c Dic autem natalia. Dic ponit modus mortis ipsius Hero
diadis cui timens ne ad ꝑsuasionē iohānis herodes ponitet ⁊ ipsā fratri
reddaret. ⁊ per cōsequēs ei ꝓpter manus a quo receperat ei periculū rema
neret. ideo excogitauit modū qđ interficeret iohānes absq; scādalo ꝓpli.
pūl. ⁊ eiusdem voti herodes conscius fuit. vt videbitur. ⁊ hoc ēst qđ dicit:
Die autem natalis. ista erat consuetudo apud antiquos q̄ principes celebrabant diem suę natiuitatis. ⁊ dic etiam natalia imperij sui. in quo sū

Talis quippe erat mīlicia herodis qualis pmittit⁹ vidēs pl⁹ sentir.
Et decollauit. sūmissa est iohannes capite ꝓ statura. Et in eius
desīsse quia diuina fama coercuit. diuus crudit. vindic. Illum operatus est
fecit me autem minus.

In truncato capite Johānis ostenditur iudei desīsse⁹ qui ēst ꝓpheta
eternū, prophetarū. ꝓpter
dantes.

Mors. Mors iohannes significat le
gem. quia finita morte ei⁹
gratur ad dominum qui
est finis legis ad iustitiā
omni credenti.

Et sepelierunt. Jo
hannes apud scriptores ec
clesie apud machereuntā
sepultus est.

Marcus iohannem
cum iohanne in castel
lum machereum ad
ductum: illig truncatū.
Et ecclesiastica historia
sepultum eum in hostile
vrbe palestine cui nomen
dam samaria dicta fuit
re: ⁊ a tempore Julia
ni principis pagānor⁹ in
uidentia christianis: q̄ se
pulchrum eius ꝓ sollicitudine frequentatum:
innumeris monumentis:
ella obscurata: per cam
pos: et rursum collecta
igne cremata: ac demū

Iohannes figuram legis tenet herodes significat populum iudaicum
qui sibi velut vxorem gentilis populi de eodem patrono progenitū sociauit
infidelitatem. Quod quia verax iohannes tanq̄ lex diuina arguebat: ⁊ vo
cem dare non permittur. Ad vltimum in natali herodis. id est in cele
bratione naturalis voluptatis: saltat filia. id est: exultat prauus voluntat⁹ q̄
infidelitate orta. Et postulat addi ad desiderio suo caput iohannis. id est
auferri ꝓbrium de intellectu legis: ⁊ per filiam matri: quia per
prauam voluntatem satis fit de infidelitate. Quo facto discipuli iohan
nis. i. doctores legis corp⁹ iesu sepelierunt. id est carnalem in se colorem
tiae extinguūt: ⁊ sic a lege ad euangelium veniemus: verbi dei auditores
follicii fiunt.

Quod cum au. q̄. Postq̄ apud iudeos lex ⁊ propheta caput per
dit ⁊ veram Jesus transit ad desertum ecclie locum quē ante non ha
bebat virum.

Secessit. Non fugit timore: sed fecit⁹ parcēs inimicis ne homicidii
homicidio iungerent: vano exemplum vitande temeritatis. Vel fecit⁹ vt
probaret fidem credentium. vnde: Et cum audissent turbe q̄.

de lyra

coronabant. In illo ergo festo. v Saltauit filia herodiadis. f. tripu
diauit. ⁊ hoc fuit ex dispositione matris ⁊ ipius herodis. t Unde cū
iuramento promisit ei dare quod peteret. f Ita illa permotiua a ma
tre. petiit caput iohannis. g Et contristatus est rex. hoc vlī fuit fm
apparentiam. ad repremendū ꝓpī scādalū. qđ patz primo quia volūt eū
primo occidere ⁊ retardat⁹ fuit timē ex ꝓpī timore. secūdo qz si vellet eum
occidere nō interficeret eū. ꝓpter iuramētū: qz in ꝓmissione facta in generali
cētū cū iuramēto nō intelligit⁹ aliqd illicitū sibi obligādū cadere. cautelo
di erat interfectio iohānis. tertio qz nō ēst verisimile vt ꝓpter saltationē vnīs
puelle ꝓmittat sub iuramēto cui medietatē regni sui dare vt dī Marci
vi. Et ideo credendū est q̄ totū fuit fictitium. vt haberet occasionē appre
hendī interficiēdī iohānē. ita enim ardebat libidine in herodiadē q̄ voluit
fingere tālī malicia. ⁊ ideo qđ sequit: ⁊ contristatus est rex. ꝓpter iuramē
tum ⁊c. notum est intelligendū fm apparentiā ad repremendū populi scā
dalum. ⁊ eodē modo exponendū est de alia materia: quod dicit Marci. vi.
sequit: b Et aliarū est caput istud: Primo enim allata ē in filiam
herodis. postea in puellā. ⁊ post in aquitanā apud engelstād. nūc aūt ad
esse ambiania. i Et accedētes discipuli ei⁹ tulerūt corp⁹ eius. f. de car
cere. k Et sepelierunt illud. f. in scythe ciuitate que antiquitus sama
ria dicebat. l Ds aūt audiēt iesus. Dic ponit confirmatio predi
cōnis ac christi miraculis. Et hoc quadrupliciter. Primo ex fugatione
langentie multiplicis. secūdo in multiplicande panis vbi: Despere autē
facto. tertio in calcatione maris vbi: Et statim impulit. quarto in sanatio
ne infirmor⁹ ad tactū fimbrie vestimēti eius vbi: Et cū transfretassent. In prima parte
dicit sic: Ds cum audiēt iesus. f. mortem iohānis ꝓpter doctrinam veri
tatis. m Beatus inde. non timore mortis. sed vt offendere q̄ ali

Vade retro me satana ⁊c. Propter hoc vt ne deo⁹ mentio ofen
dat⁹. Reliquo⁹ exemplo⁹ ⁊ petitionis obtentionem. Videt volum⁹ aut
Tu nō vinc⁹ pericul⁹. Sicut ethn⁹ dixit ⁊ misericor⁹ est: vt plena
tides tuam petitā habeat. Hoc quoniā delectat⁹ deuotione credentis.

Vespere. ille facto. Quādo Jesus de iudicio vadit⁹ ad desertū mittit discipulos ⁊ ca

Nec non ⁊ hic vel
mendic⁹ vespere: quam
do tū mōtes occupant⁹
filios manu⁹ apropin⁹
quant.

Discipuli. Carna
les: ⁊ de turbis mundi
nūciosis ignari: quib⁹
dictum erat. Inuias gen
tium ne abieritis.

Mittit. Sathanant
tudet gentes recipi: mur
mur aut. quoq; voc vel
clā⁹. Erat gētes a. fid.
in finale. Inuid. ad⁹ gen
tes q. nō sint: sic filr ceci
eo. Bz dic⁹ per apl⁹os re
flare decreuit. vt dicit:
Jesus ait ⁊c.

Dimitte turbas.
Dimitt⁹ q⁹ videbā liquit:
Hinc⁹ nō est a nobis pa
tiendā pūc verbi dei.

Dimittitur ⁊c. Dis
marcus ⁊ lucas plenius
hoc enarrāt⁹: nō habet
hic⁹ ic. Johannes ait:
Percit turbis vbi⁹ quo
fiunt⁹ a philippo ⁊ ādo:
Vnde emem⁹ pa. vt mā.
hi. manducēt ergo dicip⁹
pus⁹ rogat⁹ et ipse
dimittat. ⁊ ait pau mi

tunt. Deinde q⁹ philippus apud Johānē respondet: hoc marcus a discipulo eius responsum cōmemorat: volens hoc intelligi ⁊ eos antequam phi lippum responderit.

Date illis. Prouocat ad dandū vt illis ⁊ nō habere reclamēt⁹ no
tior sit magnitudo signi: vbi cūq; immit q⁹ eos sibi paratos tenuia cerda,

Non nisi quinq; panes ⁊ duos pi. Per quinq; panes ⁊ duos pisces totū
vetus testamentū signat. Per quinq; panes quinq; libri moysi aut bene
dictiones eius ⁊t lamentatiōes. ruth⁹ enim ⁊pora ⁊ gesta iudic. Ami
malis enim homo nō percipit ea que sūt: spūs dei: inp⁹tamē latet medul
la sanctioni⁹ sensus. Per duos pisces ꝓphete ⁊ psalm⁹. vnde ⁊ posit re ur
rectiōe. aut que scripta sunt in lege ⁊ prophetis ⁊ psalmis de me. Et hoc
bucre autem alii quinq; magnā. alii centen. Quorū discubitus: quoru
sunt ecclesiarum consensus/ qui vnam faciunt catholicam. Jubilei regni
es quinquagesimarū mysterio commendat. Quinquagena tue enim die du
ctus eorum facit: quia prius a malo actib⁹ quiescūt vt post anima glo
rioso quiescat in cogitatione. Quidam igitur quinquagene: ex quibus sunt
qui a malis actibus habent requiem. Quidā autem quia sunt qui a ma
lis actibus ⁊ pauca cogitationis⁹ habent requiem mentis.

Acceptis quinq; ⁊c. Accepit quinq; panes: nō nouos creauit: qz
vetustas in carne nō alia q⁹ prophete erant: predicauit ⁊ opere implenit.

Nicolaus

quando est ordendum malicie humane. a In locum deserti. vt ha
bet predicatio⁹ verbi diuini exemplū alludendo recedendi a turbis ⁊ redi
re ad locum solitarii. ad colligendum spūalem refectionis qui cum atione ex
clusionem eis beluas. ⁊ ad vacandū oratioⁿi vt sui predicatoi haurirā
quod postea populis effundat. b Et cum audissent turbe secute ⁊c. I
q; quo patet q⁹ pauperes sequebant christum equeo non habentes cognitā
c Et curauit languidos eorum. in quo verbo miracula multa includit.
quia nomine languoris intelligit omnis infirmitas. d Vespere au
tem facto. Hic consequenter ponit secundū miraculū de multiplicatione
panis. Dicit ergo: Vespere autem facto. ⁊ quo parce dominus populi ad
desiderium quia nec propter noctem immittam recedentes ab eo. sequitur
c Et hora iam preterlit. redarguit discipul⁹ ad propria ⁊ quiescendū. sequi
tur: f Date illis vos manducare. Joh. vi. dicitur q⁹ petunt a philip
po vnde emerem⁹ panes. ⁊ hoc est verum. quia primo interrogauit eū ille
tamen cum: quia sciebat quid esset facturus. vt discipul⁹ discā. ⁊ potius dixit
illis q⁹ hic posuit: g Et cū iussisset turbā discumbere ⁊c. Ostendit
bam agit. h Apostolis in ceti beatitudinem quo vadit q⁹ipli ante come
dissent ad mēsā dei habitare cū. i Et manducauerūt ⁊c. Ex quo pa
ne panes fuerūt multiplicati inter manus ipsi⁹. qz q⁹ tā modico cibo non po

Benedixit ⁊c. Cum aperiens sensum vt intelligerent scripturas:
dono inserit⁹ illuminatio multiplicauit. Fregit cum mysteria legis in me
dium posuit.

Reliquias ⁊c. Reuertere ad me a ruditⁿ cepi me quere: nō fora negli
gunt fabellā: sed a deuotem ipse qui per cephinos ex significat: ⁊ ab
eoz lucellum⁹ mitigat
inquisitā. Cephinus ter
tia pars decimarū. Cephinus ter
tia est ⁊ decē
sima. Cephinus ter
tia est ⁊ decē
sima. Cephinus ter
tia est ⁊ decē
sima

pulos qui mandata hominū seruāt: vt ritus dei custodiāt.

Hoc enim dicit. Vestra ale tradito cōis uita est. Hoc ritibus vtere pa-
tribus: oportunitatē deo obtulerūt: tu in nullo cōmodo cibos: ritusq; pōst o
pator vt rationē illicitata comedere. Vel qō deo offero tibi ipsi prodest.

Impugnat hic nobis pictatis inductiōe: docent q; obstando vtri qui ver-

per obligatiōe pare-
tes parcentur. q; hoc pos
Pacto fiat. vnde t pleo
nō facit legis primē incur
rant: nec cōsecrata de-
mittant: q; ecclie cōsti-
tuantur.

Omicidia: de. Se
uita eterna ingressus erit.
Hoc dicerit. id est: dicere
poterit.

Prodierit ꝛc. Quasi
nō. sine scriptus effec
si acceperimus deo deuo
ni. Hoc ebrōpēsitū deo
dicero.

Interea cum turbe multe circumstetissent ita ut conculcarent se invicem cœpit dicere ad discipulos suos. Attendite vobis a fermento pharisæorum quod est ypocrisis. Nichil autem opertum est quod non revelabitur. Et occultum quod non sciatur. Quamobrem quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur. Et quæ ad aurem locuti estis in cubiculis predicabuntur super tecta. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini a corpore et post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Nonne quinque passeres venundantur dipondio. Et unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. Multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus. Et filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negaverit me coram hominibus negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei. Ei autem qui blasphemaverit in spiritum sanctum non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas et ad principes et potestates nolite cogitare quomodo aut quid respondeatis aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat dicere. Dixit autem quidam de turba ei. Magister dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. Qui dixit ei homo quis me constituit judicem aut divisorem super vos. Videte et cavete ab omni avaritia. Quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex hiis que possidet. Et ait similitudinem ad illos dicens. Homo quidam divitis ubertim fructus attulit agro. Et cogitabat intra se dicens. Quid faciam quia non habeo quo congregabo fructus meos. Et dixit hoc faciam. Destruam horrea mea et majora ædificabo. Et congregabo illuc omnia que nata sunt mihi et bona mea. Et dicam animæ meæ. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requiescas comede bibe epulare. Dixit autem deus illi. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. Quæ autem parasti cuius erunt. Sic est qui thesaurizat sibi et non est in deum dives. Et ait discipulis suis. Ideo dico vobis ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis neque corpori quid induamini. Anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum. Considerate corvos quia non seminant neque metunt quibus non est cellarium neque horreum et deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Si ergo neque quod minimum est potestis quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia quomodo crescunt non laborant neque nent. Dico autem vobis nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fenum quod hodie in agro est et cras in clibanum mittitur deus sic vestit quanto magis vos modice fidei. Et vos nolite quærere quid manducetis aut quid bibatis et nolite in sublimia animo tendere. Hec enim omnia gentes mundi inquirunt. Vestri autem pater scit quia his indigetis. Verumtamen querite primum regnum dei et hec omnia adicientur vobis. Nolite timere pusillus grex quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite que possidetis et date elemosinam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt thesaurum non deficientem in celis quo fur non accedit neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est ibi et cor vestrum erit. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei. Beati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod præcinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia et si in tertia vigilia venerit et invenerit ita beati sunt illi. Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati quia qua hora non putatis filius hominis venturus est. Petrus autem dixit ad illum. Domine ad nos dicis hanc parabolam an et ad omnes. Et dixit dominus. Quis putas est fidelis dispensator et prudens quem constituit dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille servus quem cum venerit dominus eius invenerit sic facientem. Vere dico vobis quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit servus ille in corde suo. Moram facit dominus meus venire et cœperit percutere pueros et ancillas manducare et bibere et inebriari. Veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat et dividet eum partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui et non præparavit se et non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multas. Qui autem non cognovit et fecit digna plagis vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est multum quæretur ab eo et cui commendaverunt multum plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur. Baptismo autem habeo baptizari et quomodo coarctor usque dum perficiatur. Putatis quia pacem veni dare in terra non dico vobis sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi tres adversus duos et duo adversus tres. Dividetur pater filio et filius patri mater filie et filia matri socrus nurui sue et nurus socrui sue. Dicebat autem et ad turbas. Cum videritis nubem surgere a occidente statim dicitis quia imber venit et ita fit. Et cum austrum flantem dicitis quia æstus erit et fit. Hypocrite faciem celi et terre probare scitis hoc autem tempus quomodo non probatis. Quid autem et a vobis ipsis non judicatis justum. Cum enim vadis cum adversario tuo ad principem in via da operam dignum liberari ab eo ne forte trahat te ad judicem et judex tradat te exactori et exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non exies inde donec et novissimum minutum reddas. In illo autem tempore aderant quidam nuntiantes illi de galileis quorum sanguis pilatus miscuit cum victimis eorum. Et respondens ihesus dixit illis. Putatis quia galilei isti peccatores fuerunt præ omnibus galileis quia talia passi sunt. Non dico vobis sed nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Aut illi decem et octo quibus cecidit turris in siloe et occidit eos putatis quia et ipsi debitores fuerunt præ omnibus hominibus habitantibus in jerusalem. Non dico vobis sed si pœnitentiam non habueritis omnes similiter peribitis. Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem habebat quidam ficum plantatam in vinea sua et venit fructum quærens in ea et non invenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac et non invenio. Succide ergo illam ut quid etiam terram occupat. At ille respondens dixit illi. Domine dimitte illam et hoc anno usque dum fodiam circa illam et mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum sin autem succides eam. Erat autem docens in una synagogarum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo et erat curvata nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum vidisset ihesus vocavit eam et dixit illi. Mulier dimissa es infirmitate tua. Et imposuit illi manum et confestim erecta est et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset ihesus dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus operari oportet in ipsis ergo venite curamini et non die sabbati. Respondit autem ad illum dominus et dixit. Hypocrite unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asinum a presepio et ducit adaquare. Filiam autem abrahe cum sit et ipsa filia hec quam alligavit satanas ecce decem et octo annis nonne solvi hanc die sabbati de hoc vinculo. Et hec dicente erubescebant omnes adversarii eius et omnis turba gaudebat in universis quæ gloriose fiebant ab eo. Dicebat ergo cui similis est regnum dei et cui similabo illud. Simile est grano sinapis quod accipiens homo misit in hortum suum et crevit et facta est in arborem magnam et volucres celi requieverunt in ramis eius. Et iterum dixit cui similabo regnum dei. Simile est fermento quod accipiens mulier abscondit in farine sata tria donec fermentatum est totum. Et lustrabat per civitates et castella docens et iter faciens in jerusalem. Dixit autem quidam ei. Domine si pauci sunt qui salvi fiant. Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam quia multi dico vobis querent intrare et non valebunt. Modicum autem postquam intraverit pater familias et ostium clauserit et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes. Domine aperi nobis et respondens dicet vobis nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere. Manducavimus coram te et bibimus et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis nescio vos unde sitis discedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium cum videritis abraham et isaac et jacob et omnes prophetas in regno dei vos autem expelli foras. Et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro et discumbent in regno dei. Et ecce sunt novissimi qui erunt primi et sunt primi qui erunt novissimi. In ipsa hora accesserunt quidam pharisæorum dicentes ei. Exi et vade hinc quia herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite dicite vulpi huic. Ecce ejicio demonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia die consummor. Verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare quia non capit prophetam perire extra jerusalem. Jerusalem jerusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et non vultis. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis non videbitis me donec veniat cum dicetis benedictus qui venit in nomine domini. Et factum est cum introisset ihesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panem et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens ihesus dixit ad legisperitos et pharisæos dicens. Si licet sabbatis curare. At illi tacuerunt. Ipse autem apprehendens sanavit illum ac dimisit. Et ad illos dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet et non continuo extrahet illum die sabbati. Et non poterant ad hec respondere illi. Dicebat autem ad invitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens illis. Cum invitatus fueris ab aliquo ad nuptias non discumbas in primo loco ne forte honorabilior te sit invitatus ab illo et accedens is qui te et illum vocavit dicat tibi da huic locum et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade recumbe in novissimo loco ut cum venerit qui te invitat dicat tibi amice ascende superius tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem et ei qui invitaverat eum. Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos tuos neque vicinos divites ne forte et ipsi te invitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium vocas pauperes debiles claudos et cæcos et beatus eris quia non habent retribuere tibi retribuetur enim tibi in resurrectione justorum. Audiens autem hec quidam de discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Ille autem dixit illi. Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit illi. Villam emi et necesse habeo exire et videre illam rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Juga boum emi quinque et eo probare illa rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi et ideo non possum venire. Et reversus servus nuntiavit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit servo suo. Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes debiles claudos et cæcos introduc huc. Et dixit servus. Domine factum est ut imperasti et adhuc locus est. Et dixit dominus servo. Exi in vias et sepes et compelle intrare ut impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam. Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus. Et qui non portat crucem suam et venit post me non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare non prius sedet et computat sumptus qui necessarii sunt si habeat ad perficiendum. Ne forte posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cœpit ædificare et non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem non sedet prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit contra se. Alioquin adhuc illo longe agente legationem rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Bonum sal. Si autem sal evanuerit in quo condietur. Neque in terram neque in sterquilinium utile est sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Erant autem appropinquantes ei publicani et peccatores ut audirent illum. Et murmurabant pharisæi et scribæ dicentes. Quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Ad illos autem hanc similitudinem dixit. Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam quæ perierat donec inveniat eam. Et cum invenerit imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum convocat amicos et vicinos dicens illis. Congratulamini mihi quia inveni ovem meam que perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta novem justis qui non indigent penitentia. Aut quæ mulier habens decem dragmas si perdiderit unam dragmam nonne accendit lucernam et everrit domum et quærit diligenter donec inveniat. Et cum invenerit convocat amicas et vicinas dicens congratulamini mihi quia inveni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium fit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Dixit autem ad discipulos suos. Homo quidam erat dives qui habebat villicum et hic diffamatus est apud illum tanquam dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum et ait illi quid hoc audio de te reddo rationem villicationis tue. Jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciam quia dominus meus aufert villicationem a me fodere non valeo mendicare erubesco. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a villicatione recipiant me in domos suas. Convocatis igitur singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo. At ille dixit. Centum cados olei. Et ait illi accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alii dixit. Tu autem quantum debes. Qui dixit centum coros tritici. Ait illi accipe litteras tuas et scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico facite vobis amicos de mammona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo et in multo fidelis est. Et qui in modico iniquus est et in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis quod verum est quis credet vobis. Et si in alieno fideles non fuistis quod vestrum est quis dabit vobis. Nemo potest duobus dominis servire aut enim unum odio habebit et alterum diliget aut unum sustinebit et alterum contemnet non potestis deo servire et mammonæ. Audiebant autem hec omnia pharisæi qui erant avari et deridebant eum. Et ait illis. Vos estis qui justificatis vos coram hominibus deus autem novit corda vestra quia quod hominibus altum est abominatio est ante deum. Lex et prophete usque ad johannem. Exinde regnum dei evangelizatur et omnis vim patitur. Facilius est autem celum et terram transire quam de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram mœchatur et qui dimissam a viro ducit mœchatur. Homo autem quidam erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine lazarus qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus. Et cupiebat saturari de micis que cadebant de mensa divitis et nemo illi dabat. Sed et canes venientes lingebant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Mortuus est autem et dives et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit abraham a longe et lazarum in sinu ejus et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei et mitte lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aqua et refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. Et dixit abraham. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est ut hi qui volunt hinc transire ad vos non possint neque inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei habeo enim quinque fratres ut testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Dicit illi abraham habent moysen et prophetas audiant illos. At ille dixit. Non pater abraham sed si quis ex mortuis ierit ad eos pœnitentiam agent. Dixit autem ad illum. Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Cum autem interrogatus esset a pharisæis quando veniret regnum dei respondens eis dixit. Non venit regnum dei cum observatione. Neque dicent. Ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies quando desideretis videre unum diem filii hominis et non videbitis. Et dicent vobis. Ecce hic aut ecce illic. Nolite ire neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati et reprobari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus noe ita erit et in diebus filii hominis. Edebant bibebant uxores ducebant et dabantur ad nuptias usque in diem qua intravit noe in arcam et venit diluvium et perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus loth edebant bibebant emebant vendebant plantabant ædificabant. Qua die autem exivit loth a sodomis pluit ignem et sulphur de celo et omnes perdidit. Secundum hec erit qua die filius hominis revelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto et vasa eius in domo non descendat tollere illa et qui in agro similiter non revertatur retro. Memores estote uxoris loth. Quicumque quæsierit animam suam salvam facere perdet illam et quicumque perdiderit animam suam vivificabit illam. Dico vobis in illa nocte erunt duo in lecto uno unus assumetur et alter relinquetur. Duæ molentes pariter una assumetur et altera relinquetur. Duo in agro unus assumetur et alter relinquetur. Respondentes dicunt illi. Ubi domine. Qui ait illis. Ubicumque fuerit corpus illuc congregabuntur et aquile. Dicebat autem parabolam ad illos quoniam oportet semper orare et non deficere. Dicens. Judex quidam erat in quadam civitate qui deum non timebat et hominem non reverebatur. Vidua autem quædam erat in civitate illa et venit ad eum dicens. Vindica me de adversario meo. Et nolebat per multum autem tempus. Post hec dixit apud se. Etsi deum non timeo nec hominem reverebor tamen quia molesta est mihi hec vidua vindicabo illam ne in novissimo veniens suggillet me. Ait autem dominus. Audite quid judex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte et patientiam habebit in illis. Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen filius hominis veniens putas inveniet fidem in terra. Ad quosdam autem qui in se confidebant tamquam justi et aspernabantur ceteros dicebat parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent unus pharisæus et alter publicanus. Pharisæus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum raptores injusti adulteri velut etiam hic publicanus. Jejunio bis in sabbato decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad celum levare sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic justificatus in domum suam ab illo quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Offerebant autem illi et infantes ut eorum tangeret illos quod cum viderent discipuli increpabant illis. Jesus autem convocans illos ait. Sinite pueros venire ad me et ne prohibueritis eos talium est enim regnum dei. Amen dico vobis quicumque non receperit regnum dei sicut puer non intrabit in illud. Et interrogavit eum quidam princeps dicens. Magister bone quid faciendo vitam eternam possidebo. Dixit autem ei jesus. Quid me dicis bonum nemo bonus nisi solus deus. Mandata nosti. Ne mœchaberis. Ne occidas. Ne furtum facias. Ne falsum testimonium dicas. Honora patrem tuum et matrem. Qui ait. Hec omnia custodivi a juventute mea. Quo audito jesus dixit adhuc unum tibi deest. Omnia quecumque habes vende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et veni sequere me. Hec audito illo contristatus est quia erat dives valde. Videns autem jesus illum tristem factum dixit. Quam difficile qui pecunias habent introibunt in regnum dei. Facilius est enim camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum dei. Dixerunt autem qui audierunt. Et quis potest salvus fieri. Qui ait. Quæ impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud deum. Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Ait illis. Amen dico vobis nemo est qui reliquerit domum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei qui non recipiat multo plura in hoc tempore et in futuro vitam eternam. Assumpsit autem duodecim et ait illis. Ecce ascendimus jerusalem et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur et conspuetur et postquam flagellaverint occident eum et tertia die resurget. Et ipsi nichil horum intellexerunt et erat verbum istud absconditum a eis et non intelligebant ea que dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret hiericho cecus quidam sedebat secus viam mendicans. Audiens autem turbam prætereuntem interrogabat quid hoc esset. Nunciaverunt autem illi quod jesus nazarenus transiret. Et clamavit dicens. Jesu fili david miserere mei. Et qui præibant increpabant eum ut taceret. Ipse autem multo magis clamabat. Fili david miserere mei. Stans autem jesus jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogavit illum dicens. Quid vis faciam tibi. At ille dixit. Domine ut videam. Et jesus dixit illi. Respice fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo. Et intrans perambulabat jericho. Et ecce vir nomine zacheus et hic princeps erat publicanorum et ipse dives. Et quærebat videre jesum quis esset et non poterat a turba quia statura pusillus erat. Et ascendens arborem sycomorum ut videret eum quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum suspiciens jesus vidit illum et dixit ad illum. Zache festinans descende quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinavit descendit et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant dicentes quod ad virum peccatorem introisset hospitari apud. Stans autem zacheus dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum. Ait illi jesus quia hodie salus domui huic facta est eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat. Hec illis audientibus adjiciens dixit parabolam eo quod esset prope jerusalem et quia existimarent illi quod confestim regnum dei manifestaretur. Ait ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti. Vocatis autem decem servis suis dedit eis decem mnas et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Cives autem eius oderant eum et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut reverteretur accepto regno et jussit vocari servos quibus dederat pecuniam ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi. Euge bone quia in modico fidelis fuisti eris potestatem habens super decem civitates. Et alius venit dicens. Domine mna tua fecit quinque mnas. Dixit autem et huic. Et tu esto super quinque civitates. Et alius venit dicens. Domine ecce mna tua quam habui repositam apud me in sudario. Timui enim te quia homo austerus es tollis quod non posuisti et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tua te judico serve nequam sciebas quod ego homo austerus sum tollens quod non posui et metens quod non seminavi et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt illi domine habet decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur et abundabit ei autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc et occidite ante me. Et cum hec dixisset præibat ascendens jerusalem. Et factum est cum appropinquasset bethphage et bethania ad montem qui vocatur oliveti misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum quod contra est in quod intrantes invenietis pullum asine alligatum cui nullus hominum unquam sedit solvite illum et adducite. Et si quis vobis dixerit quare solvitis dicetis ei quia dominus eius necessarius est illi. Abierunt autem qui missi erant et invenerunt sicut dixerat illis stantem pullum. Solventibus autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos. Quare solvitis pullum. Qui dixerunt quia dominus eius necessarius est illi. Et duxerunt illum ad jesum et jactantes vestimenta sua in pullum imposuerunt jesum. Ascendenti autem illo substernebant vestimenta sua sub pedibus. Et cum jam proximaret ad descensum montis oliveti cœpit omnis turba discipulorum gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quibus viderant virtutibus dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini pax in celo et gloria in excelsis. Et quidam pharisæorum de turba dixerunt ei. Magister increpa discipulos tuos. Et ait illis. Dico vobis si hi tacuerint lapides clamabunt. Et ut appropinquavit videns civitatem flevit super illam dicens. Quia si cognovisses et tu quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis quia venient dies in te et circumdabunt te inimici tui vallo et circumdabunt te et coangustabunt te undique et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt et non relinquent in te lapidem super lapidem eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. Et ingressus templum cœpit ejicere vendentes in illo et dicere illis. Scriptum est quia domus mea domus orationis est vos autem fecistis illam speluncam latronum. Erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribæ et principes populi quærebant illum perdere et non invenerunt quid facerent omnis enim populus suspendebatur audiens illum. Et factum est in una dierum docente eo populum in templo et evangelizante supervenerunt principes sacerdotum et scribæ cum senioribus et dixerunt ad illum dicentes. Dic nobis in qua potestate hec facis aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem. Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo et ego vos unum verbum et dicite mihi. Baptismus joannis de celo erat an ex hominibus. At illi cogitabant apud semetipsos dicentes quia si dixerimus de celo dicet quare non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemus plebem omnes enim populus videbatur prophetam habere joannem. Et responderunt se nescire unde esset. Et jesus ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Cœpit autem ad plebem dicere parabolam istam. Homo quidam plantavit vineam et locavit eam agricolis et peregre profectus est temporibus autem misit ad agricolas servum ut de fructu vinee darent ei quem cum agricolæ cecidissent dimiserunt eum inanem. Et alium servum misit illi. Illum autem cædentes et contumelia afficientes dimiserunt inanem. Et tertium misit illi. Illum autem vulnerantes ejecerunt. Dixit autem dominus vinee. Quid faciam mittam filium meum dilectum forsitan cum hunc viderint verebuntur. Videntes autem agricolæ cogitaverunt inter se dicentes. Hic est hæres venite occidamus illum ut nostra fiat hæreditas. Et ejecerunt illum extra vineam et occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vinee. Veniet et perdet agricolas et dabit vineam aliis. Quod audientes dixerunt illi absit. Ille autem intuitus eos ait. Quid ergo est hoc quod scriptum est. Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit super lapidem illum conquassabitur super quem autem ceciderit conteret eum. Et quærentes principes sacerdotum et scribæ mittere manus in illum eadem hora timuerunt populum. Cognoverunt enim quoniam ad ipsos parabolam hanc dixerit. Et observantes miserunt insidiatores qui se justos simularent ut caperent eum in sermone ut traderent illum principatui et potestati presidis. Et interrogaverunt eum dicentes. Magister scimus quia recte dicis et doces et non accipis personam sed viam dei in veritate docet. Licet nobis tributum dare cesari an non. Considerans autem dolum illorum dixit ad illos. Quid me tentatis ostendite mihi denarium cuius habet imaginem et inscriptionem. Respondentes dixerunt cesaris. Ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe et mirati in responso eius tacuerunt. Accesserunt autem quidam sadducæorum qui negant resurrectionem dicere non esse et interrogaverunt eum dicentes. Magister moyses scripsit nobis quia si cuius frater mortuus fuerit habens uxorem et hic sine liberis fuerit ut accipiat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant et primus accepit uxorem et mortuus est sine liberis. Et secundus accepit illam et mortuus est et ipse non relicto semine. Et tertius accepit illam similiter autem et omnes septem et non dimiserunt semen relicto. Novissime autem et mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius de septem erit uxor omnes enim habuerunt illam uxorem. Et respondens jesus dixit illis. Filii hujus seculi nubunt et traduntur ad nuptias. Illi autem qui digni habebuntur seculo illo et resurrectione ex mortuis neque nubent neque uxores ducent. Neque enim mori ultra poterunt equales enim angelis sunt et filii sunt dei cum sint filii resurrectionis. Quod autem resurgant mortui et moyses ostendit secus rubum sicut dicit dominum deum abraham et deum isaac et deum jacob. Deus autem non est mortuorum sed vivorum omnes enim vivunt ei. Respondentes autem quidam scribarum dixerunt. Magister bene dixisti. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. Ipse autem dixit ad illos. Quomodo dicunt christum filium esse david. Et ipse david dicit in libro psalmorum. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. David ergo dominum eum vocat et quomodo filius eius est. Audiente autem omni populo dixit discipulis suis. Attendite a scribis qui volunt ambulare in stolis et amant salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in cenis qui devorant domos viduarum simulantes longam orationem. Hi accipient prolixius judicium. Intuens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites. Vidit autem et quandam viduam pauperculam mittentem minuta duo. Et ait. Vere dico vobis quia vidua hec pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei hec autem de penuria sua omnem victum quem habuit misit. Quidam autem dicentibus de templo quod bonis lapidibus et donis ornatum esset dixit. Hec quæ videtis venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Interrogabant autem illum dicentes. Magister quando hec erunt et quod signum cum fieri incipiant hec. Qui dixit. Videte ne seducamini multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum et tempus appropinquavit. Nolite ergo ire post eos. Cum audieritis autem prelia et seditiones nolite terreri oportet enim hec primum fieri sed non statim finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem et regnum adversus regnum. Terre motus magni erunt per loca et pestilentie et fames terroresque de celo signa quoque magna erunt. Antequam hec omnia fiant injicient vobis manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias trahentes ad reges et presides propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri. Tradentur autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis et morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum autem videritis circumdari ab exercitu jerusalem tunc scitote quia appropinquavit desolatio eius. Tunc qui in judea fugiant ad montes et qui in medio eius discedant et qui in regionibus non intrent in eam. Quoniam dies ultionis hi sunt ut impleantur omnia que scripta sunt. Væ autem prægnantibus et nutrientibus in illis diebus erit enim pressura magna super terram et ira populo huic. Et cadent in ore gladii et captivi ducentur in omnes gentes et jerusalem calcabitur a gentibus donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium prælisantium sonantis maris et fluctuum. Arescentibus hominibus præ timore et expectatione que supervenient universo orbi nam virtutes celorum movebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate multa et majestate. Hec autem fieri incipientibus vobis respicite et levate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores. Cum producunt jam fructum scientes quod prope sit estas. Ita et vos cum videritis hec fieri scitote quia prope est regnum dei. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hec donec omnia fiant. Cælum et terra transibunt verba autem mea non præteribunt. Attendite autem vobis ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate et curis hujus vite et supveniat in vos subitus dies illa. Tanquam laqueus enim superveniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt et stare ante filium hominis. Erat docens in templo. Exibat autem et commorabatur in monte qui vocatur oliveti. Et omnis populus mane veniebat ad eum in templum audire eum. Erat autem dies festus azimorum qui pascha dicitur. Et quærebant principes sacerdotum et scribæ quomodo eum interficerent timebant autem plebem. Intravit autem satanas in judam qui cognominabatur iscariotes unum de duodecim. Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet illis. Et gavisi sunt et pepigerunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem ut traderet illum sine turba eis. Venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum et johannem dicens. Euntes parate nobis pascha ut manducemus. Qui dixerunt ei. Ubi vis paremus tibi. Et ait illis. Ecce introeuntibus vobis in civitatem occurret vobis homo amphoram aquæ portans sequimini eum in domum in qua intrat et dicetis patri familias domus dicit tibi. Ubi est refectorium ubi pascha cum discipulis meis manducem. Et ille vobis demonstrabit cenaculum grande stratum et ibi parate. Euntes autem invenerunt sicut dixerat illis et paraverunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit et duodecim apostoli cum illo. Et ait illis. Desiderio desideravi hoc

Quis ñ pñtur ex vo. &c. ab vt. Postq signat charitat ppter multa
et apparit q necessarii vsq; ad finē pene multa vidit imperfecta fore cha
ritatē ait veritatē subd. Sancti. q in fide charitate pficiunt: q̄z tñ vera
mentia claudit, et sic pfectū ostendit. Nullus ñdū est pfectus. Videt aut pfe
ctus fm̄ sapientiā aq̄rē q̄ndā virtutē q̄ ostendit ab hoc q̄ ñ ostendit
pfectū in vnāq; ciuitate pñtē simultatē. Et quia ille pfectus
dñm in corde gignit: im
mundi q̄ spūs p aquā
baptismi pfectat: ideo
dñi aduētū ostendit
quē ante pfectū ñr̄ ī
tellexit penitentia tenuāt
quāq; valet bona agat.
Hui⁹ rei ī fide pfectū ob
ptat: q̄ sicut ille ceteris
fructib⁹ mundū: ita
et hic fides pfectū ob
tinuerit: nec pe
nitentia fides adiuuā
tantum nō fecisse cū ob
tinuerit: et sic pfectus
est. Ideo ait: Cū fortis
armatus custodit atriū
suū: in pace sunt ea q̄
possidet: Si autē fortior
illo superuenerit: vin
cerit eum: vniuersa
eius arma auferet in quibus ꝑfi
debat: et spolia eius distribuet.
Qui nō est mecum: aduersus me

Quis aūt ex vo. &c. ab vt. Postq signat charitat ppter multa
et apparit q necessarii vsq; ad finē pene multa vidit imperfecta fore cha
ritatē ait veritatē subd. Sancti. q in fide charitate pficiunt: q̄z tñ vera
mentia claudit, et sic pfectū ostendit. Nullus ñdū est pfectus. Videt aut pfe
ctus fm̄ sapientiā aq̄rē q̄ndā virtutē q̄ ostendit ab hoc q̄ ñ ostendit
pfectū in vnāq; ciuitate pñtē simultatē. Et quia ille pfectus
dñm in corde gignit: im
mundi q̄ spūs p aquā
baptismi pfectat: ideo
dñi aduētū ostendit
quē ante pfectū ñr̄ ī
tellexit penitentia tenuāt
quāq; valet bona agat.
Hui⁹ rei ī fide pfectū ob
ptat: q̄ sicut ille ceteris
fructib⁹ mundū: ita
et hic fides pfectū ob
tinuerit: nec pe
nitentia fides adiuuā
tantum nō fecisse cū ob
tinuerit: et sic pfectus
est. Ideo ait: Cū fortis
armatus custodit atriū
suū: in pace sunt ea q̄
possidet: Si autē fortior
illo superuenerit: vin
cerit eum: vniuersa
eius arma auferet in quibus ꝑfi
debat: et spolia eius distribuet.
Qui nō est mecum: aduersus me

Nicolaus

a Et erat ei⁹ dicēs. Posita īstructione discipulor̄ de sancta affectione
in orando. Hic cōsequēter describit confutatio emulor̄ de pdicta affectio
one facta christi pfectio deputando. Et primo describit eor̄ emulatio.
Secundo eorum confutatio. ibi: Ipse aūt vt vidit. Circa primū scien
dum q̄ aliqui malignantes mirabilia christi dem abeunt, duplicit. Uno mo
do attribuendo virtuti demonis. et hic modus dictus est ab arth. q. x. in.
Alio modo mirabilia christi reputando parua eo q̄ erant circa īferiora:
vt dicunt: vtpote circa sanitates corpor̄ humanor̄. Et ideo quere
bant ab eo signa fieri circa corpora celestia: sicut ꝑpon̄ solis et lunę
huius ad ipsoꝝ vnius victoriā habuerat Josue. x. vtpote cuius rei mēsis
sol dicit gradibus: vt habetur ibi. x. cap. vii. et hoc notanter cum dicit: Et ali
tēnauit. b Ipse aūt vt vidit. Hic ostendit describendo obstantia mo
liganntiū ꝑdictor̄. Et primo illor̄ qui opa christi demoni attribuebāt. 2°
illor̄ q̄ signū de celo querebāt. ibi: Et ipse aūt scies. Primū dicit dicens
q̄ omne regnum verbo christi cor̄ malitia impedītū. 2° ibi: Cū fortis
armat⁹ verbo christi. ibi: Facit⁹ est. Tertio aūt ꝑmittit q̄ dicit non esse ne

Facit⁹ est

non alligetur ab ea.

C. XI.

Factum ē cū eēt in lo
a co quodā orās: vt cessā
ꝑ
uit dixit vnus ex discipu
lis suis ad eū. Dñe: doce nos ora
re sicut & ioānes docuit discipulos su
os oare. Et ait illis: Cūm oratis
dicite: Pater sanctificetur nomē
tuum. Adueniat regnum tuum.
Panē nostrum quotidianū da
nobis hodie. Et dimitte nobis
peccata nostra: etiā nos ipsi di
mittimus omni debenti nobis.
Et ne nos inducas in tentatio
ne. Et ait ād discipulos: Quis ve
strum habebit amicū: & ibit ad illū
media nocte: & dicet illi: Amice cō
moda mihi tres panes: quia ami

cus meus venit de via ad me: & nō
habeo quod ponā ante illum. Et ille
deintus respōdens dicat: Noli mi
hi molestus esse. Jam hostium
clausum est: & pueri mei mecū sunt
in cubili: nō possum surgere: & da
re tibi. Et ille si perseuerauerit pul
sans: dico vobis: etsi nō dabit illi
surgēs eo quia amicus eius sit poꝑ
ꝑ
pter impudentiā tamen eius sur
gēs: & dabit illi quotquot habet
necessarios: Et ego vobis dico.
Petite: & dabitur vobis: quere: & ꝑ
inuenietis: pulsate: & aperiet vo
bis: Omnis enim q petit accipit:
& qui quērit: inuenit: & pulsanti ape

rietur. Quis aūt ex vobis pēm pe
tit panē: nunquid lapidem da
bit illi? Aut pisc̄m: nunquid pro
pisce serpentē dabit illi? Aut si pe
tierit ouū: nunquid porriget illi
scorpionē? Si ergo vos cum si
tis mali nostis bona data dare fi
lijs vestris: quāto magis pr̄ ve
ster de celo dabit spūm bonū
petentibus se. Et erat ejiciens de
monium: & illud erat mutum. Et cū
ejecisset demonium locutus est mu
tus: & admirate sunt turbe. Quī
dā aūt ex eis dixerūt: In beelze
bub principe demoniorū ejicit de
monia. Et alij tentantes: signum de

celo querebāt ab eo. Ipse aūt vt
vidit cogitationes eor̄ dixit eis:
Omne regnum in seipsum diuisum
desolabit: & domus supra domum
cadet. Si autem & sathanas in se
ipsum diuisus est: quomodo sta
bit regnum eius? quia dicitis in be
elzebub me ejicere demonia? Si
aūt ego in beelzebub ejicio demo
nia: filij vestri in quo ejiciunt?
Ideo ipsi iudices vestri erunt.
Porro si in digito dei ejicio dēo
nia: profecto peruenit in vos re
gnum dei. Cūm fortis armatus cu
stodit atriū suū: in pace sunt ea q̄
possidet: Si autem fortior illo su
peruenerit: vincet eum: vniuersa
eius arma auferet in quibus ꝑfi
debat: et spolia eius distribuet.
Qui nō est mecum: aduersus me

Et regnū. Si omne regnū diuisum desolat: et omnis ciuitas aut domus diuisa non stabit: quod nulla pr̄dictorum malo impedītū est desolatū: nō est diuisum: ergo est unitum. Hoc hoc regno respondet pr̄latus: Regnū meum nō est de hoc mūdo. & ideo qui in christo ipsum nō gerunt: & in principe demoniorū eius demonio opinant eos regni negat esse ppetui. Nam quia pr̄dicti mirant diuinū regnū cum fidei scindat: cum populus indiuisus fit et locupletet: ideo quoq; fm̄ carnē et legis sue genus. Quomodo pōt regnum illud esse perpetuū quod ex lege dicunt populus fuit: deuulsa lege: cum a populo legis negatur: destituo qui ex lege debetur. Sicut manet regnū ad dilectos qua vnitas ibi: vita fides: vnum baptisma.

Si aūt. Quasi regnū diuisum stare nō pōt: si regnū sathanę est diuisum: & vos dicitis: sathanas sathanā ejicit: regnat.

Porro si in digito &c. Si ita dicit manifeste pr̄dicta. Expulsiuus demonū dicitur digitus propter differentiā virtutis donec q̄ ipse redimendi hominibus dantis: dicat digiti istic: & dicens hinc nec mouet tur qualibet mēbrorū. Et hoc enim tradidit manus hic digito: tamen tradidit eis digito vnum est corpus. Hoc digito scripta est lex in tabulis. Dum digitum magi confessi sunt in ejectis.

Profecto peruenit. Regnū dei est indicatoria potestas dei qua homines a malis liberat in die iudicij: vel regnum i. signa dominatio. Quasi dicat: Si in spiritu dei ejicio demonia: sine dubio istantia adhuc regna celestia pmanebunt.

Cū fortis armat⁹ &c. Quasi dicat: Si ego in dei nomine sicut dicitis ejicerem demonia: tunc in aliquo operibus diaboli contrarer. Dū mā. lo modo cum illo certamine fol potius illum figuraret: ideo ait: Cū fortis &c. Cum diabolus fortis ad mundū: armatus multis spiritus hinc nequitie custodit in sua fortitudine atrium suum. id est mundum qui hinc nequitie custodit in sua fortitudine atrium suum. id est mundum qui in maligno positus dicit: in quo vsq; ad aduentū filij dei diabolus suę cōtraditionis principatū et malę pacis exercet nequitie in cordibus filioꝝ.

Si aūt fortior illo &c. Fortem & vocabuli non concedit pace et operationē sicut calumniabantur: sed fortiori potentia quam fortissimum, dum ꝑ ab ipsius dominatione liberauit. Arma diabolii esse dubitat cal. Idolissime sunt verisimile ipse malitie nequitie. Spolia sunt animę, ideo dicit: pt: quę victor christus diuinitate quod et infernū vsq; ad animę quia capti uam ducens captiuā: dedit dona dominibus quodā quidē apostolos: alios euangelistas alios pr̄. &c.

Qui nō est mecum &c. Et vere opera mea non conuenient cū operi bus sathanę: quoniam in nullo obscurio cū illis: sine pr̄arij summus q̄

De lyra

dunt ab eo signa fieri circa corpora celestia: sicut ꝑpon̄ solis et lunę hui⁹ ad ipsoꝝ vnius victoriā habuerat Josue. x. vtpote cuius rei mēsis sol dicit gradibus: vt habetur ibi. x. cap. vii. et hoc notanter cum dicit: Et ali tēnauit. b Ipse aūt vt vidit. Hic ostendit describendo obstantia mo liganntiū ꝑdictor̄. Et primo illor̄ qui opa christi demoni attribuebāt. 2° illor̄ q̄ signū de celo querebāt. ibi: Et ipse aūt scies. Primū dicit dicens q̄ omne regnum verbo christi cor̄ malitia impedītū. 2° ibi: Cū fortis armat⁹ verbo christi. ibi: Facit⁹ est. Tertio aūt ꝑmittit q̄ dicit non esse ne

Facit⁹ est

Nicolaus

Sancti iustū suscipit necessitas charitatis qui sacrificū si mō⁹ imponit inu
cule veritati vacuitū est. & alit ꝑponit subscripta est ꝑpter charitatis ne
cessitat. a Quę nō auferet ab ea. Spa cui vite actiue nō pōt locū nō in
pñti vitare: ō adueniēte futura auferet: si pñtiatio finē veritatis nō
relinq̄t nisi ꝑuēt ad illud ad qđ est implementū ac videmus nūc p speculū in
enigmate: alit facie ad faciē. 1. Corinth. xiii. CXI.
b Tacti est. Postq christ⁹ multi discipulos suos fidiciare. Hic ꝑtr
docet eos orare. Et primo inducit eos ad oratiōis instantiā. 2° ad fidei
ꝑstantiā ca. sequēti. 3° inducit populos ad penitentiā. ca. xii. Circa primū
scendū q ad orationē debitā duo requirunt. Affectio pura. & intentio re
cta. Primo ipse inducit ad primū. Secundo ad secundū. ibi: Nemo lucernam
accendit. Circa primū seminat instructio discipuloꝝ. 2° ꝑfuratio emulor̄. ibi:
Et erat ejiciens demonium. Adhuc circa primū primo docet modū orandi. 2°
orationē ꝑmerendi. ibi: Si ait ad illos. Circa primū seminat christi oratio
quā fecit rogati. & dicitur vt pl. Act. i. Ideo dicit eloquij seminat cū dr: c Et
erat in loco quodā orans. Scendū tamē q christus nō oravit tanquam
debitū: q̄ sic nō ꝑpert ei orare. Sed ostendit ꝑpter voluntatē apud
deū vt ei ipsum. Voluntas aūt diuina p scripturā est efficitur eor̄ q̄ vult. fm
illud ꝑal. Quę cunq; voluit dñs fecit. & q christus tanquam hō habuit
voluntatē humanā q̄ ꝑfecta ꝑfectam efficaz ad implendum ea q̄ vult. nisi
p virtutē deitat. ideo christo fm q hō ꝑpertabat orare. Oravit igit vt pro
nō ꝑtraret. & vt nobis exēplū daret. oravit etiā ꝑ scripturā ad obtinendū
q̄ sibi deest ut. ꝑ. glorificā corpore. Joā. xvii. Clarifica me tu pr. Ubicunq; ver
bum discipulos orare cum dicitur: d Cum oratis dicite pater &c.

Et erat.

ego homilia hodie[1] alue vobis fuisse. Vbi fuge[2], multos capit pl'.
Ego ibi multi mei vt nunc. Superbia ipsa gaudet q ligat ab vnitate ecclie.
Et qui nō colligit ⁊ ꝛ. Vbi ec ostium hereticoꝝ vel schismaticoꝝ q sic
per hoc pie intelligi ostendit ecclesiā a regno dei.
Cū immundus spūs. Quia subito apostoli vos a meo regno ammouen
tes ego mea mansuefeci. Io
mansuetum habitat in vob
it ut in illo regno gratie
q̄ in principio.
Circuit. Quasi ea
bolus a radice q̄ legim
⁊ multi volunt dei popu
lus ille subapostol. ⁊ ante
ait ad gētes q̄ erāt a pag
anismo transitauerāt ⁊ dic
cunt. primi arule ⁊ sterti
les. In quib⁹ nō inuenit requiē q̄ ā a conditō
mundi suscepta fide desi
derāt apostoli q̄ dicit: Re
petā indoctos quos ab ini
mici. Et lucrati sūt apl̄i mil
lia ab illis plebē. ⁊ baptizati
obseruationib⁹ pharisa
icis criminatio legis que
ū nihil valent post adue
ntū christi. Et vt termino
pollicit adiunxit veniet
tiuat domum. Et modo
deteriora ⁊ actiōe sūt:
blasphemātes christū in
suis patriarchis q̄ olim fu
erūt in egypto ab peregri
nā legitaq; malice imbuti
tus ⁊ venerat nō fructi
per q̄ venturi nō credi
Post hec admōnet q̄ q
baptizati referri q̄ post
susceptā gr̄am negligit ope
rari bonitatē potius ceteri
natiōes potē actualia a ali
quib⁹ ⁊ ꝛ.

ebꝛ qui nō colligit mecum: dissip
git. Cum immundus spiritus ex
ierit ab homine ambulat per lo
ca inaquosa querēs requiem: ⁊
non inueniens dicit: Reuertar in
domum meā vnde exiui. Et cū
venerit inuenit eam scopis mū
datā. Et tūc vadit ⁊ assumit se
ptem alios spiritus secum nequi
ores se. Et ingressi habitant ibi.
Et fiūt nouissima hominis illius
pejora priorib⁹. Factum est au
tem cum hec diceret: ⁊ cꝛ. Vlens
vocem q̄dā mulier de turba
dixit illi: Beatus venter q̄ te por
tauit ⁊ vbera q̄ suxisti. At ille di
xit: Quinimmō: beati qui audiūt
verbū dei ⁊ custodiūt illud. Tur
bis aūt cōcurrentib⁹ cꝛ. Generatio hec generatio nequa est:
signum querit ⁊ signū nō dabit
illi nisi signū Ione prophete. Nā

sicut Ionas fuit signum niniuitis:
ita erit ⁊ filius hominis generati
oni isti. Regina austri surget i iu
dicio cum viris generationis hu
ius ⁊ cōdemnabit illos: quia ve
nit a finib⁹ terre audire sapienti
am Salomonis. Et ecce plus salo
mone hic. Viri niniuite surgēt in
iudicio cum generatione hac ⁊ cō
demnabūt illā: quia penitentiam
egerunt in predicatione Ione. Et
ecce plus q̄m Ione hic. Nemo lu
cernā accēdit ⁊ in abscōndito po
nit: neq; sub modio sed supra cā
delabrū: vt qui ingrediūtur lumē
videāt. Lucerna corporis tui est
oculus tu⁹. Et si oculus tuus fu
erit simplex: totū corp⁹ tuū lūci/
dum erit: si autem nequā fuerit:
etiaz corpus tuū tenebrosum erit.

Videte ergo ne lumen quod in te est
tenebre sint. Si ergo corp⁹ tuum
tōtū lucidum fuerit: nō habens
aliquam partem tenebrarū: erit lu
cidum totū. Et sicut lucerna fulgo
rio illuminabit te. Et cū loqueretur
rogauit eū quidā pharisē⁹ vt
prāderet apud se. Ingressus aūt recubuit. Pharisē⁹ aūt cepit
intra se dicere reputās: quare non

baptizatus esset ante prandium? Et
ait dominus ad illū: Nunc vos
pharisei quod deforis c calicis ⁊
quitate. Stulti: nonne qui fecit
quod foris est: etiā id qd intus e
fecit. Verūtamē qd superest date
elemosynā: ⁊ ecce oia munda sunt
vobis. Sed vbe vob pharisēis

Nicolaus

a Factum est autē. Vbi ponit confusio predictoꝝ verbo mulieris vir
tutē christi confitētis cum dicit: Facta est autem cum hec diceret. Christus
respondens blasphemiis iudeoꝝ. b Extollens vocem. Ut ex corde ⁊ con
Sed ut scriptura adimpleatur. Qui manducat mecum panem levabit contra me calcaneum suum.
Amodo dico vobis antequam fiat. ut cum factum fuerit credatis quia ego sum.
Amen amen dico vobis. Qui accipit si quem misero me accipit.
Qui autem me accipit accipit eum qui misit me.
Cum hec dixisset Iesus turbatus est spiritu.
Et protestatus est et dixit.
Amen amen dico vobis. Quia unus ex vobis tradet me.
Aspiciebant ergo ad invicem discipuli hesitantes de quo dicebat.
Erat autem recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu.
Quem diligebat Iesus.
Annuit ergo huic simon petrus. et dixit ei.
Quis est de quo dicit?
Cum ergo recubuisset ille sic super pectus Iesu. dicit ei.
Domine quis est?
Respondit Iesus. Ille est cui ego intinctum panem porrexero.
Et cum intinxisset panem dat iude symonis iscarioti.
Et post buccellam introivit in illum satanas.
Dicit ergo ei Iesus. Quod facis fac citius.
Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei.
Quidam enim putabant cum habere loculos. quia dicit ei Iesus.
Eme ea que opus habemus ad diem festum aut egenis ut aliquid det.
Cum ergo accepisset ille bucellam exivit continuo.
Erat autem nox.
Cum ergo exisset dicit Iesus.
Nunc clarificatus est filius hominis.
Et deus clarificatus est in eo.
Si deus clarificatus est in eo. et deus clarificabit eum in semetipso.
Et continuo clarificabit eum.
Filioli adhuc modicum vobiscum sum.
Quęretis me. et sicut dixi iudeis. quo ego vado vos non potestis venire.
Et vobis dico modo.
Mandatum novum do vobis. ut diligatis invicem.
Sicut dilexi vos. ut et vos diligatis invicem.
In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis.
Si dilectionem habueritis ad invicem.
Dicit ei simon petrus. Domine quo vadis?
Respondit ei Iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi.
Sequeris autem postea.
Dicit ei petrus. Quare non possum te sequi modo?
Animam meam pro te ponam.
Respondit Iesus. Animam tuam pro me ponis?
Amen amen dico tibi. Non cantabit gallus donec ter me negabis.

C. VIII.

Non turbetur cor vestrum.
Creditis in deum. et in me credite.
In domo patris mei mansiones multe sunt.
Si quo minus dixissem vobis.
Quia vado parare vobis locum.
Et si abiero et preparavero vobis locum.
Iterum venio et accipiam vos ad me ipsum.
Ut ubi sum ego illic et vos sitis.
Et quo ego vado scitis. et viam scitis.
Dicit ei thomas. Domine nescimus quo vadis.
Et quomodo possumus viam scire?
Dicit ei Iesus. Ego sum via. veritas et vita.
Nemo venit ad patrem nisi per me.
Si cognovissetis me et patrem meum forsitan eum cognovissetis.
Et amodo cognoscetis eum. et vidistis eum.
Dicit ei philippus. Domine ostende nobis patrem. et sufficit nobis.
Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum. et non cognovisti me philippe?
Qui videt me videt et patrem meum.
Et quomodo tu dicis. Ostende nobis patrem?
Non credis quia ego in patre et pater in me est?
Verba que ego loquor vobis. a meipso non loquor.
Pater autem in me manens ipse facit opera.
Non creditis quia ego in patre et pater in me est?
Alioquin propter opera ipsa credite.
Amen amen dico vobis. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet.
Et maiora horum faciet. quia ego ad patrem vado.
Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam.
Ut glorificetur pater in filio.
Si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam.
Si diligitis me mandata mea servate.
Et ego rogabo patrem. et alium paraclitum dabit vobis.
Ut maneat vobiscum in eternum.
Spiritum veritatis. quem mundus non potest accipere.
Quia non videt eum nec scit eum.
Vos autem cognoscetis eum. quia apud vos manebit. et in vobis erit.
Non relinquam vos orphanos. veniam ad vos.
Adhuc modicum et mundus me iam non videt.
Vos autem videtis me. quia ego vivo. et vos vivetis.
In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo.
Et vos in me. et ego in vobis.
Qui habet mandata mea et servat ea.
Ille est qui diligit me.
Qui autem diligit me diligetur a patre meo.
Et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipsum.
Dicit ei iudas. non ille iscariotes.
Domine quid factum est quia manifestaturus es nobis teipsum et non mundo?
Respondit Iesus et dixit ei.
Si quis diligit me sermonem meum servabit.
Et pater meus diligit eum. et ad eum veniemus.
Et mansionem apud eum faciemus.
Qui non diligit me sermones meos non servat.
Et sermo quem audistis non est meus.
Sed eius qui misit me patris.
Hec locutus sum vobis apud vos manens.
Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo.
Ille vos docebit omnia.
Et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis.
Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis.
Non quomodo mundus dat ego do vobis.
Non turbetur cor vestrum neque formidet.
Audistis quia ego dixi vobis. vado et venio ad vos.
Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem.
Quia pater maior me est.
Et nunc dixi vobis antequam fiat.
Ut cum factum fuerit credatis.
Iam non multa loquar vobiscum.
Venit enim princeps huius mundi.
Et in me non habet quicquam.
Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem.
Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio.
Surgite eamus hinc.

C. VIII.

Ego sum vitis vera.
Et pater meus agricola est.
Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum.
Et omnem qui fructum affert purgabit eum.
Ut fructum plus afferat.
Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.
Manete in me et ego in vobis.
Sicut palmes non potest fructum ferre a semetipso nisi manserit in vita.
Sic nec vos nisi in me manseritis.
Ego sum vitis vos palmites.
Qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum.
Quia sine me nichil potestis facere.
Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et aridus erit.
Et colligent eum et in ignem mittent et ardet.
Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint.
Quodcumque volueritis petetis et fiet vobis.
In hoc clarificatus est pater meus.
Ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli.
Sicut dilexit me pater et ego dilexi vos.
Manete in dilectione mea.
Si mandata mea servaveritis manebitis in dilectione mea.
Sicut et ego patris mei mandata servavi et maneo eius in dilectione.
Hec locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis sit.
Et gaudium vestrum impleatur.
Hoc est mandatum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos.
Maiorem hac dilectionem nemo habet.
Ut animam suam quis ponat pro amicis suis.
Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis.
Jam non dicam vos servos.
Quia servus nescit quid faciat dominus eius.
Vos autem dixi amicos.
Quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis.
Non vos me elegistis.
Sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis.
Et fructus vester maneat.
Ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis.
Hec mando vobis ut diligatis invicem.
Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit.
Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret.
Quia vero de mundo non estis.
Sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus.
Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis.
Non est discipulus super magistrum suum.
Si me persecuti sunt et vos persequentur.
Si sermonem meum servaverunt et vestrum servabunt.
Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum.
Quia nesciunt eum qui misit me.
Si non venissem et locutus fuissem eis peccatum non haberent.
Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
Qui me odit et patrem meum odit.
Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent.
Nunc autem et viderunt et oderunt me et patrem meum.
Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est.
Quia odio habuerunt me gratis.
Cum autem venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre.
Spiritum veritatis qui a patre meo procedit.
Ille testimonium perhibebit de me.
Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis.

C. VIII.

Hec locutus sum vobis ut non scandalizemini.
Absque synagogis facient vos.
Sed venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo.
Et hec facient vobis quia non noverunt patrem neque me.
Sed hec locutus sum vobis ut cum venerit hora eorum reminiscamini eorum.
Quia ego vobis dixi.
Hec autem vobis ab initio non dixi quia vobiscum eram.
Et nunc vado ad eum qui me misit.
Et nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis?
Sed quia hec locutus sum vobis. tristitia implevit cor vestrum.
Sed ego veritatem dico vobis. expedit vobis ut ego vadam.
Si enim non abiero paraclitus non veniet ad vos.
Si autem abiero mittam eum ad vos.
Et cum venerit ille arguet mundum de peccato et de iustitia et de iudicio.
De peccato quidem. quia non credunt in me.
De iustitia autem. quia ad patrem vado. et iam non videbitis me.
De iudicio vero. quia princeps huius mundi iam iudicatus est.
Adhuc multa habeo vobis dicere. sed non potestis portare modo.
Cum autem venerit ille spiritus veritatis.
Docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur a semetipso.
Sed quecumque audiet loquetur. et que ventura sunt annuntiabit vobis.
Ille me clarificabit. quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.
Omnia quecumque habet pater mea sunt.
Propterea dixi quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.
Modicum et iam non videbitis me.
Et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem.
Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem.
Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me.
Et iterum modicum et videbitis me. et quia vado ad patrem?
Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum?
Nescimus quid loquitur.
Cognovit autem Iesus quia volebant eum interrogare.
Et dixit eis. De hoc quęritis inter vos quia dixi.
Modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me.
Amen amen dico vobis. Quia plorabitis et flebitis vos.
Mundus autem gaudebit. vos autem contristabimini.
Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
Mulier cum parit tristitiam habet. quia venit hora eius.
Cum autem genuerit puerum iam non meminit pressure.
Propter gaudium quia natus est homo in mundum.
Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis.
Iterum autem videbo vos. et gaudebit cor vestrum.
Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.
Et in illo die me non rogabitis quemquam.
Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.
Usque modo non petistis quidquam in nomine meo.
Petite et accipietis. ut gaudium vestrum sit plenum.
Hec in proverbiis locutus sum vobis.
Venit hora cum iam non in proverbiis loquar vobis.
Sed palam de patre annuntiabo vobis.
In illo die in nomine meo petetis.
Et non dico vobis quia ego rogabo patrem de vobis.
Ipse enim pater amat vos.
Quia vos me amastis. et credidistis quia ego a deo exivi.

Hoc sm carnē. Quia illud nequit, sicut vos sm carnē iudicatis. hoc ē bonū
pñs non ex carnali iudicio nō iudico quēq; nō iudico ex sm carnē vt vos. vel potius nō iudico
ego nō iudico. ē ego nō iudico ex sm carnē. Ad hoc adiūgit. Et si iudico ego.
Quia dixerā. Et si ego. Jō verbū nō tēp' sed ego ē pater. Licet ego
pater meus.
Et in lege v. Aug.
Duo testes hominū sūt veritas
in duobus testibus. Duo verā
testimonia sūt pater qui testimonium perhibet de filio. vnde psalmus
ait. Testis iniquus exurgens mihi. Duo testes in lege sunt
duo vel tres. Et in ore duorū vel trium testium stat omne verbum. Duo sūt testimonia
quia duo sūt testamenta. Et in vtroq; testamento pater filium testificatur.
Et in lege vestra scriptū est: quia duoꝝ hominū testimoniū verū
est. Ego sum qui testimoniū phibeo de me: et testimonium phibet
mihi qui misit me pater. Et cū dicit ergo ei: Ubi est pater tuus?
Respondit iesus. Neq; me scitis neq; patrē meum. Si me sciretis
forsitan et patrem meum sciretis.
Dicebat. Scribe enim
ē iudicium: patrem ejus
carnaliter accepēs: sed
erat hō in aperto: verbū
patris in occulto.
Ubi ē p.t. Quasi te
videm⁹ si nō patrē tuū.
qd' ostēsa vē: si nec me
scitis: ac si dicat; qui vi-
dentes qd ī occulto sig-
nificat. et id nec plene scit.
si si me scirēt. qd est pa-
me cognoscitis: et sic plene
scietis qz vnū sum⁹.

Nicolaus

a Duo sūt ergo. Duc obstat ppō allegatio ea ē falsa. Et dicit ī duos. qz
primo ponit christi proprio. scdo removet iudeoꝝ obiectio. tbi: Dicebāt ē.
Ad scdm ergo erat q christ⁹ est solus q de se testimoniū phiberet. et hoc est
fortiū: qz tūc dei nō pōt alic sine plc ī spū scd. qz secundū dāt testimoniū ei co.
vt vī. Joh. v. Tres sūt q testimoniū dāt in celo vī. tūi nō ea hic mētio nūi
de plc. ē b est qd dī: Duo sm carnē iudicat. I. me et totū hoīes. b Ego
nō iudico qui ē. I. p ea criteria sūt voa. qz de⁹ intuet cor. c Et si ego iudi
co nūi m. ve. et. I. firmū. d Quia nō sū sol⁹. vt supponit. qz non pōt
esse solitudo in vnitate. cū vna persona sit alia ē duorū. id subdit: e Ego
ego ē q mi. me pī vī. f Et b argunt ad ppositū. o. f Et in lr. ve. scrip. est
Deut. xix. g Quia duoꝝ ho. tel. ve. est. I. duꝝ reputari verū. qz ipse duo
homines pōt sibi mētiri. sibi nō pnigit se facili. b Ego sum q testi. phi. de me
ipso. Ecce una persona. i Et testimoniū phi. de me q mi. me pī. Ecce alia
argumēta ē a minori. si enī duoꝝ homines testimoniū ē firmū q pōt cognitionē
pati ē pōt hic affectionē differā. multo fortiꝰ testimoniū phis ī filij in vnitate
vtī nō pōt ē talis natus reputari firmū. k Dicebāt ē. Hic remo-
vet iudeoꝝ obiectio. audiētes enī q allegabat pōz sibi in testimoniū. stulti eo
fuerāt: l Ubi ē pī tuꝰ. q. d. nō ē talis ac tūr⁹ in b sit ei credibile. credi-
bile enī est ē homines pueri stulti solēpḥ. e id ē ipo. pertinēt ḥrebāt. m Reſ-
dit iesus. obiectionē excludēdo. n Neq; me scitis. sm dictum. o Neq;
pōz mei. p. pōz. qz cognito vno certe et tūr⁹ cognōscit ē reliqui. id sequit.
p Hi me scirēt. Et sic enī iudei haberēt maiorē noticiā de gētiles. sm q
dī psal. lxxv. Notꝰ in iudea de⁹. tñ nō cognōscebāt eū ejusq; ad mysteriū trini
tatis. qz nō erat adhuc plene reuelatū. q Hec verba locutꝰ est iesꝰ in gaza
phylacio. i. in loco vbi pecūiæ obtulebāt qz offertio templi. hoc aūt addidit
euāgelista ad ostēdēdū q iesꝰ tūc erat in loco vbi poterat facilius capi ab eis
q ḥrebāt eū occidē. nisi fuissent repressi divina fretus. id sequit: Et nēo apphēdit
eū. r Quia nōdū ve. ho. ei. I. ab eo prodimata. qz ipse voluit capi ē
nō ante. s Dixit ergo eis. Duc probat locūdū. ā. positū. I. q sequēs eius nō
audiāt ac in tenebris. Et dixit in duos. qz primo ostēdit eos qui⁹ loquat ha
bere hui⁹ luctus ocasionē. tcio subdit defect⁹ remediū. tbi: Dicebant ē. Circa
primū sciēdū q recedēte solevisibili de ipso hominis cautare tibi tenebr.
tralitē ipo q est sol tūricie et b mūdo q mortē recedēte. iudei q maiori pte
fūt obstinati tenebre infidelitatis. r i eis obtinuit. c b iusto iudicio dei. qz
videbāt signa vītā ei⁹ in morte. pter q ḡlēr eos legis ē ḡphaꝝ noticiā
nō habēs credebāt ipo. Sūt ps de illo eluabūt q vilio signū i morte ipī
dicit: Vere filī⁹ dei erat iste. vt hī ab arīb. rr vii. ē id iudei q nō solū p mi
racula vīta ipī sed p miracula ppria ipo ḥdicta poterāt ei cognoscē verā ipo
ē plequētes ei merito sūt a deo dimiti. pter eoꝝ ingratitudinē. ē sic erroꝝ
total ter p obstinationē. ē hoc ē qd dī: Dixit ḡ iterū eis iesus ego vado. f-
ad patrē. p mortē sm humanitatē. a q tū nō recedit sm diuinitatē. t Et q̄
ratio me. I. plequēdo me in mēbris meis. qz post mortē ipī iudei plecuti sūt

Facit sm. Sensꝰ ipo expositus est. Sensꝰ aūt ex quodā subtio ei
ḥ dicēdo. si sine subtio ē hoc. vel sic. quia ostensio ē ipi sensꝰ ipo ex miraculis
ei facta sunt ipa. Quasi credebāt. Hodie est credere qd videmus.
veritas est videre qd credimus. quod credim⁹ per auctoritatem. Et nos
quia credimus. id christus ḥdicta sūt facta post. ē videndi nomē quod ē
magis videri.
Dicere discipuli. ad
hoc stimulantes patientia
et fidē. si est possibile. ē cer-
tū. ē et gratia. scripsim.
Liberabit. hoc ver
bū solet poni a liberatis
nō vt plenius latine. vī.
ei inest liberari aliqui ab
infirmitate. Et non sequi-
tur nisi liberi. ergo liberi
eritis. Quia illi q credebāt
illi liberatione carnalem.
Respōderūt ei. illi
q credebāt. ī alio in
turba q nō credebāt. q
addito liberatis vos. illi
erant sine li vocati ḥtra
positio dicitur de carnali
libertate. Et nemini
seruiuim⁹ vnq̄. Ex
ergo hoc patet q ipi non
fuerāt in egypto seruituti ī tanto
tēp' quātū ḥtinet ḥtra.
Amē amē dico ē. Amē hebraice vr. vī. la
tine qd nullus interpres
mutauit ne videtur mu-
dari: si bonum habeat ī se
credi: ē ī ipī in amen. 1. pet. iii.
Ubi Dicto sup. dixit. Ju
rat dño p similitudinem qñ
sententiā eius sui ē sbā qd semel posuit nequaq; irritū facit. Si est p loqui
ipsum iurauit. Seruus aūt nō. In hoc iurauit non quia ḡ Deus est li

de Ivra

ostēsponere. pter qd saluatet ostēdit q efficacia fidei ē cōfūtio ad vanitā
libertatē peccā. ē hoc est qd dī: Dicebat ḡ. ideo ad eos q credidērāt et tu-
dēos: qz ipsi libertatē maxīe videbāt amittere. r Si vos mīsi. in se. me. ve.
dixi. mei est. hoc dixit qz nisi eos fieri credibile. ē tūi nō erāt ei credibili.
o Et vos coq. vos. I. fidei p doctrinā mea. t Et vos. I. libe. vos. qz in
ipīs vestris fidei liberati a seruitute culpe. in qua indebat vera libertas et
in futuro a seruitute miserie: qd ipsa certam aliberatis a corpe mortis. vt
hī Ro. vii. tūc libertas pficiet qz alia erit substātia sibi dee. in qua obtinet
vīa libertas. pter qd dixit Augu. Dolemus nos esse liberā si sacrā pur-
gatas adhuc est terra nos detet corp' erit cum substātia ipsi alie p bonis gloric.
v Risserunt. Dic ponit iudeoꝝ ḥdictio. Et dixit in duos: qz primo
ponit hoc ḥdictio. r removet. tbi: Respōdit. Circa primū sciendū q audierunt
a ipo se posse plcq liberari. p cius fidē. In hoc aūt ipsi erāt ei
ut. ē id statim subditum: nedum erāt hic cogitatis allegatus. ē hoc est qd dī:
t Semē abrahe sū. ē ne ser. vnq̄ sū. Ad mētem ps ē dicūt eos ei falsū.
qz si intelligebāt log de toto pplo iudaico: ps dicti falsum ē hoc ē pp

[illegible]

Filius aut manet in eternum. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis: sed queritis me interficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: et vos que vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt et dixerunt ei: Pater noster abraham est. Dicit ei ihesus: Si filii abrahe estis: opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audiui a deo. Hoc autem abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis ihesus: Si deus pater vester esset: diligeretis vtique me. Ego enim ex deo processi et veni. Neque enim a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium: ex propriis loquitur: quia mendax est et pater eius. Ego autem si veritatem dico:

Nicolaus

[illegible]

Ex propriis loquitur: quia mendax et hoc non sufficit: quia et homo mendax est quia non habet de proprio sed ab alieno cepit. i. a diabolo: ideo addidit: et pater ipsius. s. mendacii quod inuenit. Ex propriis: quia non aliunde habet sed a se postquam cecidit a veritate: vnde subdit esse pater mendacii quod ex se genuit vt deus ex se veritatem.

De lyra

excludit saluator dicens: q Si deus pater vester esset diligeretis vtique me: quia sicut signum filiationis humane est imitatio operum ita signum filiationis diuine est dilectio: imo vt verius loquar in hoc consistit hec filiatio que est per adoptionem. Sicut habetur Ephe. v. Imitatores dei estote sicut filii charissimi: et ambulate in dilectione. Ista dilectio non est in eis: quia si diligerent deum patrem: diligerent et filium: christus enim est dei naturalis filius. Ideo sequitur: Ego enim ab eo processi et veni. Et sic patet veritas predicte consequentie: si deus pater vester esset diligeretis vtique me. Et ostendit consequentie: quia non deberet eos latere dicens: r Quare loquelam meam non cognoscitis. q. d. quod est causa quod ex verbis meis et factis non cognoscitis me christum a deo missum? Et respondet dicens: s Quia non potestis audire sermonem meum. q. d. defectus non procedit ex operibus meis vel doctrina sed ex vestra malitia: quia tantum odium sine me concepistis quod non potestis me audire: nec per consequens verba mea intelligere: et multo minus in bonum interpretari. Mala enim affectio pervertit iudicium recte rationis: et ideo inuidia et odium quod occupauerunt iudei erga christum ex hoc quod arguebat peccata eorum: fuit causa excecationis et obstinationis eorum: vt declaraui diffusius super Matth. xxi. t Vos ex patre diabolo estis. Hic consequenter ostendit christus cuius sint filii. Et diuidit in duas: quia primo ponit christi probatio. secundo iudeorum iniuriosa responsio. ibi: Responderunt ergo. In prima parte dicit sic: Vos ex patre diabolo estis: per imitationem: et non per creationem. Ideo subdit: v Et desideria patris vestri. s. diaboli. x Vultis facere. quod probat consequenter conditiones diaboli explicans: et postea ad eos applicans: vnam conditionem diaboli tangit dicens: y Ille homicida erat ab initio. Non enim in specie humana reponit per aliam: et ideo ille magis proprie est homicida quam animam interficit per peccatum mortale quam ille qui interficit corpus per quod homo conuenit cum brutis. hoc autem facit diabolus et fecit a principio mundi: quia per suggestionem eius primum peccatum hominis contigit. et in hoc officio continue perseuerauit: et aliam conditionem eius tangit cum subdit: z Et in veritate non stetit. i. in debita obedientia ad deum. Res enim dicuntur vere inquantum conformantur veritati prime: a qua veritate prima deuiauit diabolus per peccatum superbie. Tertiam conditionem tangit dicens: a Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur. i. ex habitu malo in quo est obstinatus. et subdit causa: b Quia mendax est et pater eius. i. ipsius mendacii. Ille enim dicitur mendax non tamen pater mendacii qui mendacia ab aliis inuenta solum refert: sed mendax est et pater mendacii qui non solum refert mendacia sed etiam ea fingit: et propter hoc diabolus dicitur pater mendacii: quia primum mendacium adinuenit: et dixit mulieri Gen. iii. Nequaquam moriemini. Consequenter istas conditiones applicat saluator ad iudeos. c Ego autem si veritatem dico non creditis mihi. q. d. per hoc apparet quod proprietas vestra est recipere falsa et mendacia et non vera: sed quia possent dicere quod non credimus tibi: sed non est propter odium veritatis: sed propter maliciam tuam: quia malus homo es. ideo subdit hoc remouens:

Quis ex

Quis ex vobis. Non dedignatur ex ratione ostendere se non esse peccatorem. Nonne benedicimus. Quia conuicti sunt non esse filii abrahe vel dei: sed diaboli longe conuicta quia non potuerunt resistere.

Honorificio patrem. Non me ut arrogans vobis videar facio quod debet: sed non facitis quod debetis quia non honoratis me quem si cognosceretis: sicut ego honorifico patrem: ne vos me honoraretis.

Ego autem non: est auditus contra demonium habes. Contra de gloria sua sed solum dicit. Honorifico patrem: ita tribuendo eum: ergo non quero gloriam meam vt homines qui sibi ad contumeliam aliquid reddunt: sed pater reseruo et est qui querat: et iudicet.

Et qui querit. Duo sunt tentationes. vna probationis de qua tentat vos deus. alia deceptionis de qua deus tentat. Sic et duo timores: vnus quem charitas foras mittit. Alter quem ponit in seculum sed. sic et duo iudicia: vnum dominationis quod non iudicat pater sed ad iudicium dedit filio. Alterum discretionis. Vnde: Iudica me deus et discerne causam meam. Sed hoc dicit: Est pater qui querat gloriam meam: et discernat a gloria vestra. quia vos sunt seculi gloriamini: ego non: sed ea gloria quam habui apud patrem

Nicolaus

a Quis ex vobis arg. me de peccato. q. d. Si habetis aliquod petitum quod possitis super me ostendere: paratus sum audire et me rationabiliter purgare: et ideo cum hoc non possitis facere. b Si veritatem dico. si pro quia. c Quare non creditis mihi. Et subdit causam dicens: Qui ex deo est verba dei audit: quia qui libet audit doctrinam ad quam affectatus est: quia est sibi connaturalis. et ideo concludit: d Propterea vos non auditis. i. recipitis verba dei ex ore meo. e Quia ex deo non estis. et per consequens sequitur quod ex diabolo non per creationem: sed per imitationem. f Responderunt ergo. Ostenso patre eorum: ponit eorum iniuriosa responsio. Et diuidit in duas: quia primo ponit dicta responsio: secundo ipsius responsionis mendacia declinatio. ibi: Respondit ihesus. Circa primum sciendum quod modus hominum qui nescit rationabiliter respondere est ad conuicta se conuertere: et ideo iudei non habentes quod christo rationabiliter responderent ad conuicta se conuertunt: dicentes: g Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es. Licet enim christus esset genere iudeus et non samaritanus. tamen vocatur samaritanus duplici de causa vna est quia. s. dictum est ca. iiii. quamuis samaritani essent gentiles tamen legem in parte seruabant: et ideo erat vulgare apud iudeos quod ille qui in parte legem seruabat et in parte legem soluebat vocabatur samaritanus quamuis esset iudeus: propter similitudinem ad samaritanos: sicut apud christianos aliquis dicitur iudeus vel sarracenus qui ritus catholice fidei in parte soluens: iudeis et sarracenis quantum ad aliquid assimilatur. Alia causa est quia samaritani erant multum infesti iudeis et odibiles eis. vt s. dictum est. iiii. ca. et ideo vulgare erat apud iudeos quod homines malos et eis odibiles vocabant samaritanos quamuis essent iudei. Talis autem erat christus secundum reputationem eorum. ideo vocabatur eum samaritanum. h Et demonium habes. hoc enim iudicabant de christo propter mirabilia que faciebat: et magicis artibus imputabant: et secreta eorum frequenter dicebat: et quia aliquando quedam alta et subtilia loquebatur que non intelligebant propter quod eum arreptitium dicebant: sicut et de saul dicitur. i. Reg. xviii. quod arreptus a demonio prophetizabat in aula sua. i Respondit ihesus. Hic ponitur ipsius christi mansueta declinatio: quia eum maledicerent non maledicebat. vt habetur i. Petri ii. ideo mansuete iniuriam declinat. k Ego demonium non habeo. quod patet quia demones expellebat: nec doctrinam malam habebat sed sanctissimam: vt patet inuenti. Si enim aliquis homo in nulla lege sibi videret christi doctrinam: statim ex sola ratione naturali iudicaret eam mundissimam et honestissimam respectu cuiuscumque alterius doctrine. Sic miracula christi non fiebant virtute demonum: quod patet ex hoc quod faciebat multa non solum virtute demonum: sed virtute cuiuscumque creature transcendentia: sicut est suscitatio mortuorum: illuminatio cecorum: et illustratio subita hominum simplicium et consimilia. Et sic patet quod fiebant ex virtute diuina. ideo sequitur: l Sed honorifico patrem meum. declarando eius virtutem in miraculo. m Et vos inhonoratis me. attribuendo demoni quod virtuti diuine deberet attribui. Et ne possent dicere quod talia dicerent ad lacrantiam. subdit: n Ego autem non quero gloriam meam. Si queritur hic cum christus quereret gloriam dei patris: et eadem sit gloria patris et filii: quod potest dicere: Ego autem non quero gloriam meam: Dicendum quod dirigit verbum ad intentionem eorum quibus loquebatur: quia reputabant eum querere honorem mundanum. et est sensus: Ego autem non quero gloriam meam. q. d. Ego non quero gloriam meam ab honore dei patris deuiantem sicut vos creditis. o Est qui querat et iudicet. q. d. illi qui querunt

[illegible]

meum seruauerit: mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus quia demonium habes. Abraham mortuus est et prophete: et tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit: non gustabit mortem in eternum? Numquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est? et prophete mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondit ihesus: Si ego glorificio me ipsum: gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis: quia deus vester est: et non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis

[illegible]

Nunc cognouimus. [illegible]

Quem te ipsum facis. [illegible]

Respondit. [illegible]

Est pater meus. [illegible]

Et non cognouistis. [illegible]

Et si dixero. [illegible]

De lyra

[illegible]

Nicolaus

[illegible]

Nunquid tu maior es patre nostro abraham. q. d. non secundum est. Quem te ipsum facis. q. d. manifeste patet quod ad gloriam vanam de te falsa dicis. a Respondit ihesus. Hic ponit christi responsio. et primo ad secundum. et ad primum. ibi: Abraham. Et quia in vltimo quesito sponebat ei querere vanam gloriam. ideo sic excludit. Si ego glorificio me ipsum. i. si ego quero gloriam meam propter regulam veritatis diuine: vt vos mihi sponitis. b Gloria mea nihil est. i. falsa. quia falsum est non esse vel nihil. sed non est ita: quia gloria mea est a deo patre: a quo nullus falsus potest esse. et hoc est quod dicit: c Et pater meus qui glorificat me. per miraculorum operationem. et postea glorificabit per resurrectionem et ascensionem gloriam. d Quem vos dicitis. quia pater vester est. per operum imitationem. sed hoc est falsum quod probat dicens: e Et non cognouistis eum. per fidem formatam in qua consistit dei filiatio per adoptionem. f Ego autem noui eum. sicut ei filius naturalis habens eandem scientiam cum ipso. g Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis. sicut estis mendaces asserendo eum cognoscere: quia non scio eum cognoscere: ita esset mendax si asserere me eum ignorare cum tamen

[illegible]

Hic in hoc arrogãs videt̃ gllas t addit t ñ vigro: Arrogãtia hic caucat̃ vt verbũ non relinquãtur.

Abrahã. Cadit euãgliũ hodie de figura multoꝝ qd facta t in ea pio gaudiũ. C. IX.

Ppositio textus.

c Non Rabi hic vir peccauit neq; parẽtes eius: sed vt manifestẽtur opa dei in illo. Me oportet operari opa eius q̃ misit me dñm nec dies est. Venit nox in qua nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. Hec cũ dixisset exspuit in terram t fecit lutum ex sputo: t linuit lutum sup oculos eius

t dixit ei: Vade t lauare in natatoria siloe qd interpretatur missus. Abijt ergo t lauit: t venit videns.

Vicini t q̃ videbãt eũ prius q̃ mendicus erat: dicebãt: Nonne hic est q̃ sedebat t mendicabat? Alij dicebãt: q̃ hic est. Alij aũt: nequaq̃ sed similis est ei. Ille aũt dicebat q̃: ego sum. Dicebãt ergo ei: Quomõ apti sunt tibi oculi? Respondit. Ille hõ q̃ dicit̃ ihesus: lutũ fecit t unxit oculos meos t dixit mihi: Vade ad natatoriã siloe t lauare. Et abij t laui: t vidi. Et dixerũt ei: Vbi est ille? Ait: nescio. Adduxerũt eũ ad pharisẽos q̃ cec⁹ fuerat. Erat aũt sabbatũ qñ lutũ fecit ihesus: t aperuit oculos ei⁹. Iterũ ergo interrogabãt eum pharisei quõ vidisset? Ille aũt dixit eis: Lutum posuit mihi sup oculos: t laui t video. Dicebãt ergo ex pharisẽis: Non est hic hõ a deo q̃ sabbatũ nõ custodit. Alij aũt dicebãt: Quomõ pot hõ peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo cẽco iterũ: Tu quid dicis de illo q̃ aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit: Quia propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo q̃ cecus fuisset t uidisset donec vocauerũt parẽtes eius: t interrogauerũt eos dicentes: Hic est filius uester: q̃ dicitis q̃ cecus natus est? Quomõ ergo nunc videt? Respõderunt autem parentes eius t dixerũt: Scimus q̃ hic est filius noster: t q̃ cecus natus est. Quomõ aũt nunc videat nescimus: aut qs eius aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate: etate habet: ipse de se loquat. Hec dixerũt parentes eius quoniã timebãt iudeos. Jam enim conspirauerãt iudei: ut si qs eũ confiteret̃ christũ: extra synagogã fieret. Propterea parentes eius dixerũt: q̃ etate habet ipsum interrogate. Vocauerunt ergo iterum hominem qui fuerat cecus t dixerunt ei: Da gloriã deo. Nos scimus q̃ hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est nescio: unum scio q̃ cecus cum essem modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomõ aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iã t audistis. Quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis eius discipuli fieri? Maledixerunt ergo ei t dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos aũt Moysi discipuli sumus. Nos scimus q̃ Moysi locutus est deus: hunc aũt nescimus unde sit. Respondit homo t dixit eis: In hoc enim mirabile est q̃ vos nescitis unde sit: et aperuit oculos meos. Scimus aũt q̃ peccatores deus non audit: sed si quis dei cultor est: et voluntatem eius fecerit hunc exaudit. A seculo non audit̃ est q̃ aperuerit oculos cẽci nati. Nisi esset hic a deo non posset facere quicquam. Respondentes dixerunt ei: In peccatis tu natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihesus quia eiecerunt eum foras: t cum inuenisset eum dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille t dixit: Et quis est domine ut credam in eum? Dixit autem ei ihesus: Et uidisti eum: et qui loquitur tecum ipse est. Qui ait credo domine: et procidens adorauit eum. Et dixit ihesus: In iudicium ego in hunc mundum uenio: ut qui non uident uideant: et qui uident caeci fiant. Et audierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant haec: et dixerunt ei: Numquid et nos caeci sumus? Dixit eis ihesus: Si caeci essetis non haberetis peccatum: nunc autem dicitis quia uidemus: peccatum uestrum manet.

Amen amen dico uobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium pastor est ouium. Huic ostiarius aperit: et oues uocem eius audiunt: et proprias oues uocat per nomen: et educit eas. Et cum proprias oues emiserit ante eas uadit: et oues illum sequuntur: quia sciunt uocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt alienorum uocem. Hoc prouerbium dixit eis ihesus: illi autem non cognouerunt quae loquebatur ea. Dixit ergo eis iterum ihesus: Amen amen dico uobis: quia ego sum ostium ouium. Omnes quotquot uenerunt fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur: et ingredietur et egredietur et pascua inueniet. Fur non uenit nisi ut furetur et mactet et perdat. Ego uenio ut uitam habeant et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oues suae uidet lupum uenientem et dimittit oues et fugit: et lupus rapit et dispergit oues. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est: et non pertinet ei de ouibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco meas et cognoscunt me meae. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem: et animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere et uocem meam audient: et fiet unum ouile et unus pastor. Propterea me pater diligit quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a me. Et potestatem habeo ponendi eam: et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio ergo facta est iterum inter iudaeos propter sermones istos. Et dicebant multi ex ipsis: Daemonium habet et insanit: quid eum auditis? Alii dicebant: Haec uerba non sunt daemonium habentis: numquid daemonium potest caecorum aperire oculos? Facta autem erant encaenia in hierusalem: et hiems erat. Et ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudaei et dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es christus dic nobis palam. Respondit eis ihesus: Loquor uobis et non creditis. Opera quae ego facio in nomine patris mei haec testimonium perhibent de me: sed uos non creditis quia non estis ex ouibus meis sicut dixi uobis. Oues meae uocem meam audiunt: et ego cognosco eas et sequuntur me. Et ego uitam aeternam do eis: et non peribunt in aeternum et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater quod dedit mihi omnia maius est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudaei ut lapidarent eum. Respondit eis ihesus: Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudaei dicentes: De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia et quia tu homo cum sis facis teipsum deum. Respondit eis ihesus: Nonne scriptum est in lege uestra quia ego dixi dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est et non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit et misit in mundum uos dicitis quia blasphemas quia dixi filius dei sum? Si non facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio si mihi non uultis credere operibus credite ut cognoscatis et credatis quia pater in me est et ego in patre. Quaerebant ergo eum apprehendere et exiit de manibus eorum. Et abiit iterum trans iordanem in eum locum ubi erat iohannes baptizans primum et mansit ibi. Et multi uenerunt ad eum et dicebant quia iohannes quidem signum fecit unum: omnia autem quaecumque dixit iohannes de hoc uera erant. Et multi crediderunt in eum ibi.

Lectio.

Nos scimus q̃ hic homo peccator est. Dicit ei mulier chananea: Etiam domine: nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihesus dixit ei: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cum transisset ihesus inde uenit iuxta mare galilee: et ascendens in montem sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum claudos caecos mutos debiles et alios multos: et proiecerunt eos ante pedes eius: et curauit eos. Ita ut turbae mirarentur uidentes mutos loquentes debiles ambulantes caecos uidentes: et magnificabant deum israel. Ihesus autem conuocatis discipulis suis ait: Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent: et dimittere eos ieiunos nolo ne forte deficiant in uia. Et ait illi discipuli eius: Unde nobis in deserto tanta panum copia ut saturemus turbam tantam? Ait illis ihesus: Quot panes habetis? At illi dixerunt: Septem et pauca pisciculi. Et praecepit turbae ut discumberent super terram. Et accepit septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis: et discipuli turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt: et quod superauit de fragmentis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem manducantium quattuor milia hominum exceptis paruulis et mulieribus. Et dimissis turbis ascendit in nauem et uenit in fines magedan.

Lectio.

